

*ce* dicitur, consonantia dissolvere, inde fortasse deducum est.

*Exceptio*: Nov. 123. c. 8. ab excipiendis tributis dicta.

*Exceptor*: exactor tributorum. Nov. 15. c. 3. Nov. 82. c. 7. Nov. 123. c. 8. transfertur ad alias actiones.

*Ex consule*: pro *Consulari*. Nov. 81. c. 1. ut ex Prætore, ex quæstore, ex præfecto pro Prætorio, Quæstorio, & Præfectorio: hoc est qui *Consul*, *Prætor*, *Quæstor*, aut *Præfectus* fuit.

*Expelleuta*: ἔξπελλεύτης. Nov. 128. c. 6. ab expellendo forte dictus duræ conditionis exactor, aliquibus placet Expileutam dicere ab expilando, ἔξπελλεύτης constit. 9. Græca de *exactionibus tributorum*.

*Fabrica*: pro officina armorum. Nov. 85. c. 1. In notitia dignitatum sub magistris officiorum sunt plures fabricæ hujusmodi.

*Fabricenses*: Nov. 85. c. 1. 2. qui arma faciunt, vide lib. 11. Cod. Justin. & lib. 10. Cod. Theod. titulum de *fabricensibus*: & Cassiodorum lib. 7. formula 18. & 19. variar.

*Falcidia*: pro legitima portione filiorum. Nov. 5. c. 5. Nov. 18. c. 1. 2. 3. Nov. 39. c. 1. Nov. 66.

*Federati*: genus militum. Nov. 117. c. 9. non a foederatis populis, sed a foedere, quo ab aliis distinguebantur, vide epist. 12. const. græc. de *haereticis*.

*Fures* qui dicantur. Nov. 134. c. 19.

*Genearchica*: γενερχία Edict. 3. gentilicia prædia, quæ adgnatos, vel familiam sequabantur.

*Gerontocomium*: γεροντοκομίον. Nov. 7. c. 1. locus venerabilis, in quo senes pauperes a luntur.

*Gestus*: pro actu, & gestione magistratus. Nov. 70. Nov. 81. c. 1.

*Hæreticus*: ἀἵρετος. Nov. 109. Nov. 115. c. 3. qui catholicis non communicat.

*Harenarius*: Nov. 115. c. 3. qui in harena pugnare solet publice in amphitheatris.

*Hegumenus*: ἡγούμενος. Nov. 79. c. 1. Nov. 120. c. 2. Nov. 123. c. 52. 53. Abbas, vel præfetus monachorum.

*He/ychiaista*: ἡγεμονίας. Nov. 5. c. 3. quietum monachum significat ab aliis separatum, ut anachorita, & eremita.

*Honorarius*: Nov. 62. c. 2. Nov. 70. qui non gerit magistratum, sed ejus honore decoratur codicillis ab Imp. impetratis. Codicillorum formulam refert Cassiodorus lib. 6. form. 10. variar. Hi etiam vacantes appellantur, quamvis aliqua sit inter eos differentia. Vide *Consularis*.

*Iliota*: ἰλιώτης. Nov. 82. c. 3. pro judice singulari.

*Imperialis urbs*: pro Constantinopoli. Nov. 53. c. 2. 4. Nov. 60. c. 1. & 2. Regia. Nov. 63.

*Ingratus* filius quis dicatur. Nov. 22. c. 13. 21. Nov. 115.

*Instrutum*: Nov. 128. c. 8. aliud est instrutum fundum legare, aliud fundum cum instru-

mento. Vide *Dig. de instruto*, & *instrumento legato*.

*Intestatus* quis dicatur. Nov. 22. c. 1.

*Intimare*: pro *insinuare*. Nov. 52. c. 2. Nov. 66.

*Judex*: differt a magistratu, ut judicare, & jus dicere, ut in jure, & in judicio. Erat enim judex sæpe privata persona. Nov. 23. c. 5. Justiniani. Julianus Nov. 53. c. 4. Nov. 60. c. 2. Magistratus publica persona jus dicit in jure, judex judicat in judicio: nonnumquam his verbis abutimur.

*Lampadarius*: Nov. 41. inter apparitores numeratur, a lampade ferenda. Ejus mentio est in notitia dignitatum.

*Leſtodiocēta*: λεπτοδιώκτης. Nov. 128. c. 20. Nov. 134. c. 1. Latrunculator. Nov. 8. c. 6. Latronum persecutor.

*Libellenses*: Nov. 20. ex Scrinio libellorum ab eis dicti, quibus præterat Magister libellorum, qui cognitiones, & preces tractat, ut in notitia dignitatum scriptum est.

*Liberorum* appellatione omnes descendentes complectimur. Nov. 91. c. 1.

*Liberorum jus*: Nov. 78. c. 4. Adversus orbitatis poenas jus liberorum impetrari solebat a Principe. Trium vero liberorum jus non solum dictas poenas tollebat, sed etiam præmia conferebat.

*Liberi unius portio*: Nov. 22. c. 14. pro unius ex liberis portione. Raro id nomen singulari numero reperitur: quamvis dicamus jus trium liberorum: non jus ternorum liberorum; & tres liberi, non terni. Nov. 22. c. 13. Nov. 117. c. 4.

*Limitatenses*: Nov. 41. milites limitum, quos etiam limitaneos appellabant. Vide lib. 11. Cod. tit. de *fundis limitrophis*, & *limitaneis*.

*Litigiosa res* quæ dicatur. Nov. 122. c. 1.

*Loci servator*: ποτομάρχης. Nov. 128. c. 18. 19. Nov. 134. c. 1. 3. vicarius dicitur Nov. 8. c. 2. Nov. 15. c. 2. Nov. 17. c. 6. Nov. 28. c. 2. legatus, nuntius, procurator nonnumquam, quod loco alterius sit.

*Logographus*: λογόγραφος. Nov. 128. c. 13. qui rationes scribit. Vide Cod. de *tabulariis*, *scribis*, *logographis*, & *censualibus* lib. 10. & lib. 11. C. Theodos. tit. 4. ne collatio per logographos celebretur. Rationales appellat notitia dignitatum sub comite sacrarum largitionum occidentis.

*Logotheta*: λογοθέτης. Nov. 128. c. 17. qui rationes conficit, vel accipit. Idem discutitor dicitur const. 4. Græca de *discussoribus*.

*Magisterianus*: Nov. 124. c. 2. Magistri militum minister. Vide const. 7. Græcam de *executoribus*, & *exactoribus*.

*Mappa*: Nov. 105. ludos circenses significat, quod mappa signum quadrigis daretur. Vidend. Cassiodorus lib. 3. epist. 51. variarum.

*Matricula*: Nov. 85. c. 2. pro indice, vel notitia.

*Matricularii*: Nov. 13. ex matriculis scribiorum, vel apparitorum.

*Mediaſtinuſ*: Nov. 89. c. 1. pro mediocri. Olim ſervum ſignificabat vilem.

*Menſa*: Nov. 49. c. 2. Præfecti Prætorii tabularium.

*Militia*: Nov. 35. Nov. 53. c. 5. Nov. 97. c. 4. Militia armata diſſert a militia Palatina, ſive ſcriniorum; illius erant milites caligati, hujus togati; illius caſus, ſive finis miſſio, mors, expletio temporis; hujus mors, venditio, privatio. Vide *Cadere*, & *Schola placitum*.

*Mæchus*: μοιχός. Nov. 134. c. 15. 17. pro adultero.

*Monacha*: μοναχή. pro ſanctimoniali. Nov. 76. Nov. 123. c. 43. 54. 57. 62. 65.

*Monaſtria*: μοναſtria. pro eadem. Nov. 123. c. 32. 64.

*Monuμένον*: monemerium. Nov. 105. venatio ferarum in harena uno tantum die. Videntur Leon Philosophus lib. 1. c. 1. *epigram*.

*Græcor*.

*Mononotix*: monocontia. Nov. 85. c. 3. jaculi genus.

*Municipium*: Nov. 17. c. 10. pro quocumque oppido: ab eo municipales pro oppidanis. Olim a coloniis, & ſociorum, ac foederatorum oppidis diſtinguebantur: quod municipia cum civitate Romana aliquibus muneribus convenirent.

*Murilegula*: Nov. 38. c. 6. a murice legendo, ut purpura fieret. Vide lib. xi. Cod. *Justin.* & lib. 10. Cod. *Theodos.* tit. de *murilegulis*, *Gynaecariis*, *de vestibus holobaris*, *auratis*, *de tintione sacri muricis*.

*Natalibus reſtituere*: Nov. 18. c. 10. Nov. 74. c. 1. Nov. 78. c. 1. & 4. legitimare hodie vocant, jura legitimi ex refiſcripto largiri.

*Nemo nihil neque lucretur*: pro nemo quidquam aut lucretur. Nov. 123. c. 57. Græca figura diſtum est.

*Nominatores*: pro iis, qui nominarunt. Nov. 128. c. 6. & *denominatores*. Nov. 100. c. 16. Vide *Dig. de fideiſuſoribus*, *de nominatoribus*, & *Cod. de periculo nominatorum*. lib. 11.

*Nosocomium*: νοσοκομεῖον. Nov. 7. c. 1. Nov. 120. c. 1. 2. locus venerabilis, in quo ægroti pauperes curantur. Utitur hoc verbo Hieronym. in epift. 30. ad Occanum.

*Nosocomus*: νοσοκόμος. Nov. 120. c. 2. Nov. 123. c. 24. & 38. qui ei loco præſt.

*Notitia*: γνώτις, pro indice. Nov. 41. quidam matriculam, alii tabulam vocant.

*Novi muri*: Nov. 59. locus urbis Constantinopolitanæ. Vide lib. 1. tit. 2. *Codicis* conſtit. Græcam 18.

*Obſervent*: pro obſerviant. Nov. 123. c. 29.

*Officialis*: ex officio Præſidiſ, vel aliorum magistratum. Nov. 6. c. 1. 4. 7. Nov. 7. c. 1. Nov. 80. c. 6. 9. Nov. 128. c. 8. 16. Vide *Taxeota*.

*Officium*: pro apparitoribus. Nov. 5. c. 6. Nov. 6. c. 7.

*Optiones*: genus militum, ut accensorum. Nov. 130. c. 5.

*Ordinarii*: Nov. 62. c. 2. Vide *Consularis*.

*Orphanotrophium*: ὄρφανοτροφεῖον. Nov. 7. c. 1. Nov. 111. Nov. 120. c. 1. 2. locus venerabilis, in quo pupilli nutriuntur.

*Orphanotrophus*: ὄρφανοτρόφος. Nov. 120. c. 1. 2. qui illius loci curam gerit.

*Orthodoxus* quis dicatur. Nov. 125. c. 3.

*Πάγκαρπον*: pancarpon. Nov. 105. inter ſpectacula, quæ Consul exhibebat, numeratur. A Festo Pancarpiæ corona dicuntur ex vario genere florum factæ. Sed πάρπος Græcis fructus ſignificat; & cum hoc venationi conjugatur monemeri, credendum eſt arbores vario genere fructuum, licet alieno tempore, gravidas in harena collocata fuifſe.

*Palatinorum ſchola*: Nov. 117. c. 11. ſub Comite rerum privataram Imperatori miniftrat. Eorum mentio eſt in notitia dignitatum in offiſcio ejufdem Comitis.

*Παραιρία*: parameria, genus gladii. Nov. 85. c. 3.

*Παραπομπα*: parapompica. Nov. 128. c. 9. quæ ob transmissionem petebantur.

*Παρατημεωτεως*: naturaliter, non cognitio- naliter dicitur. Nov. 82. c. 5. Nov. 86. c. 2. de *plano*, ſine *cauſæ cognitione*, ſine *scripto*.

*Paræcicum iuſ*: παροίκιον pro jure coloniæ, vel jure incolæ. Nov. 120. cap. 1. Vide lib. 1. tit. 2. *Cod. confiſtit.* 24. Græcam.

*Patriciatus*: Nov. 81. cap. 1. Patricii dignitas Justiniani tempore maxima. Nov. 62. c. 2. Vidend. *Cassiodorus* lib. 6. formula 2. *va-riarum*.

*Piſtrinarii*: Nov. 80. c. 3. qui piſtrinis præſunt.

*Plenaria*: pro plena ſecuritate. Nov. 128. c. 3.

*Πόρυ*: porna. Nov. 105. ſpectaculum metricum ſcenicarum saltantium in theatro. Vide *Scenicus*.

*Præfectianus*: a. Præfecto Prætorii missus. Nov. 86. c. 8. Nov. 124. c. 2. Nov. 128. c. 17. Vide lib. 12. tit. 10. Cod. *Theod.* ne *præ- fectionis exactoris*, vel curioſi horreorum cuſtodiſ fungatur offiſio.

*Præfectoria dignitas* quæ fuerit. Nov. 70.

*Præfecti Prætorio* qui fuerint. Nov. 70.

*Primates*: πρωτοι pro administratoribus. Nov. 54. c. 2. Primates monaſteriorum pro Abbat. vel Præfectis. Nov. 5. c. 7. qui etiam Primi appellantur. Nov. ead. c. 9. Primates civitatis pro majoribus & dignioribus ciuibis. Nov. 15. c. 1. Nov. 17. c. 10. Primates mechanicorum, & architectorum pro peritioribus, & antiquioribus. Nov. 7. c. 3.

*Proaſtium*: προαſtīoν. Nov. 7. c. 3. & 5. Nov. 117. c. 13. Nov. 120. c. 1. Nov. 131. c. 8. ſuburbanum prædiū. Nov. 64.

*Proceres*: Justinianus appellat ſenatores. Nov. 23. c. 2. & Julianus Nov. 82. c. 4.

*Proceſſio*: quaſi progressio a procedendo in publicum. Nov. 105. dictum de Consule & de Imp. conſtit. 1. de ſent. paſſis. unde hodie proceſſiones Epifcopi, & cleri in litaniis.

Pro-

## 390 Verborum quorundam Juliani

*Promeatores*: pro præcursoribus. Nov. 130. c. 6.

*Prosapia*: progeniem significat Justiniano. Nov. 23. c. 5.

*Protocollo*: πρωτόλον. Nov. 44. c. 2. chartæ genus erat, non, ut vulgo creditur, exemplar, sive matrix.

*Proximi*: μέλλοντες. Nov. 35. In singulis scribiis erant proximi, de quibus in titulo *de proximis sacrorum scriniorum* lib. 12. In notitia dignitatum quidam primi scrinii appellantur, alii primicerii, & secundicerii, sic erant proximi appellati: hos sequebantur mello proximi. Erant autem scrinia memoriae, epistularum, libellorum, & dispositionum, sive cognitionum.

*Psallere*: φύλαξ. Nov. 59. pro canere.

*Ptochares*: πτωχια. Nov. 7. c. 4. pauperum res, hoc est alicujus loci, ubi pauperes, vel ægri edacentur, aut carentur.

*Ptochium*: πτωχεῖον. Nov. 54. c. 2. Nov. 111. Nov. 120. c. 2. locus pauperibus dicatus.

*Ptochotrophium*: πτωχοτρόφιον. Nov. 7. c. 1. Nov. 120. c. 1. Idem locus, ubi pauperes educantur.

*Ptochotrophus*: πτωχοτρόφος. Nov. 120. c. 2. Nov. 123. c. 24. 38. Nov. 131. c. 11. qui eidem loco præterat.

*Publicum*: δημόσιον: pro fisco. Nov. 1. c. 1. 2. Nov. 30. Nov. 46. Nov. 89. c. 5. & 6.

*Pulsari*: pro conveniri. Nov. 69. c. 1.

*Punitas*: pro punitione. Nov. 8. c. 1.

*Quaestor*: pro Quastore. Nov. 80.

*Quæstor* quis, & quotuplex. Nov. 41.

*Quantos*: pro quot. Nov. 117. c. 9. Nov. 120. c. 1.

*Recauta*: pro apochis. Nov. 128. c. 3. Nov. 130. c. 1. 3. 5. 7. Utitur eo verbo D. Augustinus in libro *de cura pro mortuis*, ut Alciatus in *parergis* notat.

*Regia urbs*: Constantinopolis. Nov. 63. imperialis. Nov. 53. c. 2. 4. Nov. 60. c. 12.

*Relatio quæ sit*. Nov. 115. c. 1.

*Reliquare*: Nov. 128. c. 16. reliqua declarare subductis rationibus.

*Restitutio*: pro fideicomisso. Nov. 39. c. 1.

*Retractatio*: pro iterata actione. Nov. 82. c. 12. Nov. 113. Nov. 115. c. 1. Vide const. 19. Græcam de erogatione milit. annonæ.

*Sacra*: pro iussionibus Imperatoris. Nov. 134. c. 11.

*Samarita*: σαμαρίτης. Nov. 129. pro Samaritano.

*Sanctimonialis*: Nov. 5. c. 9. Nov. 7. c. 1. Nov. 59. Nov. 79. c. 1. 2. Nov. 80. c. 1. monacha, monastria, ascetria eadem appellatur. Vide lib. 9. tit. 25. C. *Theod. de raptu, vel matrimonio sanctimonialium virginum, vel viduarum.*

*Scena*: σκηνή. Nov. 51. pars theatri, in quam actores fabulæ prodibant.

*Scenici*: σκηνικοί. Nov. 123. c. 1. 65. qui in scenam prodibant; saepe viri, & mulieres impudicæ erant. Vide lib. 15. *Cod. Theod. tit. 7. de scenicis.*

*Schola*: σχολὴ. Nov. 82. c. 7. Nov. 117. c. 9. & 11. collegium quoddam militum, vel ministrorum fuit; ut in notitia dignitatum orientis, sub Magistro officiorum erant scholæ octo Scutariorum prima, Scutariorum secunda, Gentilium seniorum, Scutariorum sagittariorum, Scutariorum clibanariorum, Armaturarum juniorum Gentilium juniorum, & Schola Agentium in rebus. Sub Magistro officiorum occidentis scholæ sex: tres Scutariorum, quarta armaturarum seniorum, quinta gentilium seniorum, sexta Agentium in rebus. Erat etiam schola notariorum, de qua adiutorem habebat Primicerius notariorum. Sic alias scholæ fuerunt. Vide lib. 12. *Cod. tit. de privilegiis scholarum.*

*Scholares*: milites dictarum scholarum. Nov. 82. c. 7. Nov. 117. c. 9.

*Schola placitum*: Nov. 53. c. 5. pro pecunia solvenda ob casum militiæ. Vide *l. ult. C. de pign.*

*Scholasticus*: σχολαστικός. Nov. 80. c. 1. pro scholari dictarum scholarum.

*Scrinia*: Nov. 49. c. 2. publicum scrinium appellat mensam Praefecti Prætorii. In notitia dignitatum sub Magistro Officiorum tam orientis, quam occidentis quattuor scrinia referuntur, Memoriae, Epistularum, Libellorum, & dispositionum. Vide lib. 12. *Cod. tit. de praepositis, sive de proximis sacrorum scriniorum, ceterisque, qui in sacris scriniis militant. & tit. de Palatinis sacrarum largitiorum constit. 7.*

*Scrinarii*: Nov. 30. Nov. 41. qui in dictis scriniis militant, sive ministrant. Vide *d. constit. 7.*

*Silentiarii*: Nov. 53. c. 5. a silentio in palatio indicendo, vel ab eo silentio, quod silentum significat. Nov. 62. c. 1. Vide *Cod. lib. 12. de silentiariis, & decurionibus eorum. & Procop. lib. 2. belli Persici, & lib. 4. de ædificiis Justiniani.*

*Solatium*: παραμυθία. pro stipendio, vel honorario. Nov. 123. c. 23. Nov. 128. c. 6. Nov. 130. c. 1. Nov. 131. c. 4.

*Statio*: σάνσ. pro tabellionis loco, in quo scribit. Nov. 44. c. 1.

*Stercolinium*: pro sterquilino. N. 64.

*In stirpes* successio quæ sit. Nov. 118. c. 1.

*Stola monachica*: στολὴ μοναχικὴ. Nov. 5. c. 2. pro religiosa veste monachorum. Nov. ead. c. 6.

*Subsistere*: υποστῆ. Nov. 8. c. 5. Nov. 85. c. 4. Nov. 117. c. 4. Nov. 123. c. 65. pro sustinere.

*Summarii*: Nov. 64. pro peritis aestimatoribus.

*Sycorum transitus*: Nov. 59. locus urbis Constantinopolitanæ. In descriptione ejusdem urbis C. P. regio tertia decima dicitur sycena, quæ sinu maris angusto divisa, societatem urbis navigiis frequentibus promeretur: toto latere montis affixa præter unius plateæ tractum. Vide lib. 1. titulo 2. *Codicis constitut. 18. Græcam.*

Sy n-

*Syndici*: multitudinis procuratores. Nov. 80. c. 1.

*Tablejare*: ταβλίζειν. Nov. 123. c. 13. pro tabula lusoria ludere.

*Tamiacus*: ταμιακός. Nov. 30. Nov. 38. c. 6. ταμεῖον est ærarium, vel fiscus; inde res fisci tamiacæ appellantur. Vide lib. 11. Cod. tit. de prædiis tamiacis, & iis, qui ex coloniis tamiacis, aliisque liberæ condicionis procreantur.

*Tantos, quantos*: ὅταν τότους. Nov. 117. c. 9. Nov. 120. c. 1. pro tot, quot.

*Taxeota*: ταξιώτης, pro cohortali, sive officiali, hoc est qui ex apparitoribus est aliquius magistratus. Nov. 123. c. 1. 6. 22. 63. Vide lib. 12. Cod. tit. de cohortalibus.

*Taxeoticus*: ταξιωτικός. Nov. 123. c. 1. hoc est officialis. Nov. 6. c. 7.

*Tertia centesimæ*: pro usura triente, quæ post 300. menses æquat sortem. Nov. 2. c. 4. Nov. 22. c. 28.

*Theatralis arca*: Nov. 63. unde sumptus theatri fiebant.

*Τεάτρου πυλήτων*: Nov. 105. de venatione theatri dictum est supra in littera C.

*Titulus*: pro rubrica. Nov. 22. c. 31.

*Totus*: pro omni. Nov. 33.

*Tractenta*: τραχτεύτης. Nov. 128. c. 1. 22. 23. Nov. 130. c. 3. 5. exigebat tributa, & annonas militares, a tractando, vel trahendo quasi tractores. Vide Cod. lib. 12. tit. de tractoriis, & statirvis.

*Tractus*: Nov. 23. c. 4. Justinianus appellat orientalem tractum, Julianus regionem.

*Translationes*: Nov. 17. c. 5. cum tributa transferuntur in alios debitores.

*Transmarinus locus*: Nov. 59. Constantinopoli erant domus, & prædia trans mare, inde cadavera sepelienda in urbem afferebantur.

*Vicarius*: Vide *Loci servator*.

*Vicus*: Nov. 52. c. 1. Vicorum alii intra urbes, & oppida, alii extra ea loca fuerunt, quos pagos aliqui appellantur. Vide lib. 11. tit. 24. Cod. Theod. de patrocinis Vicorum.

*Vindex*: Nov. 128. c. 5. 8. Nov. 134. c. 4. 6. exactionem tributorum curabat: aliis quoque muneribus vacabat.

*Viocolyta*: βιονωλύτης. Nov. 8. c. 6. dicitur is esse, qui violentias prohibet. Vide Nov. 128. c. 20. Nov. 134. c. 1.

*Urbicaria Praefectura*: pro urbis Praefectura. Nov. 62. c. 2.

*Xenodochium*: ξενοδοχεῖον. Nov. 7. c. 1. Nov. 69. c. 5. Nov. 111. Nov. 120. c. 1. & 2. locus venerabilis, in quo peregrini pauperes recipiuntur. Utitur hoc verbo Hieronym. in epist. 26. ad Pammachium, & 30. ad Octanum.

*Xenodochus*: ξενοδόχος. Nov. 120. c. 2. Nov. 123. c. 24. & 38. Nov. 131. c. 11. qui ei loco praefest.

*Xenon*: ξενῶν. Nov. 111. Nov. 120. c. 2. Nov. 131. c. 11. idem locus significatur.

*Zabæ*: Nov. 85. c. 3. armorum genus idem fortasse, quod lorica, quam hodie zacum Itali appellant.

*Zibynni*: Nov. 85. c. 3. jaculi species, quam etiam Zebenem, & Zebynem dixerunt. Festus Sibinam appellat Illyricorum telum venabuli instar, Ennio teste:

*Illyrici restant sicas, sibinisque fodentes.*



Tituli Novellarum Constitutionum 98. quæ in  
libro Authenticorum erant cum hæc  
scriberet Augustinus.

---

- A**dministrantibus officia in sacris appellationibus. NOV. 20.  
**A**dministratoribus. NOV. 95.  
**A**equalitate dotis, & propter nuptias donationis. NOV. 97.  
**A**lienatione, & emphyteusi. NOV. 120.  
**A**ppellationibus. NOV. 93.  
**A**ppellationibus, & intra quæ tempora debet appellari. NOV. 23.  
**A**pud quos oporteat causam dicere monachos. NOV. 79.  
**A**rnis. NOV. 85.  
**C**ollatoribus, & aliis capitulois. NOV. 128.  
**C**onsanguineis, & uterinis fratribus. NOV. 84.  
**C**onstitutio, quæ de dignitatibus Eccl. nov. 81.  
**C**onstitutio, quæ ex adscriptio, & libernatos Eccl. NOV. 54.  
**C**onsulibus. NOV. 105.  
**D**efensoribus civitatum. NOV. 15.  
**D**eposito, & denuntiatione inquilinorum. NOV. 88.  
**D**uobus reis promittendi. NOV. 99.  
**E**cclæsticarum rerum alienationem. NOV. 46.  
**E**cclæsticis titulis. NOV. 131.  
**E**xecutoribus, & de iis, qui conveniuntur, & reconveniuntur. NOV. 96.  
**E**xhibendis, & introducendis reis. NOV. 53.  
**F**idejussoribus, & mandatoribus. NOV. 4.  
**F**iliis ante dotalia instrumenta natis. NOV. 19.  
**H**æc constitutio innovat constitut. Eccl. NOV. 111.  
**H**æc constitutio interpretatur priorem constit. Eccl. NOV. 76.  
**H**eredibus ab intestato venientibus. NOV. 118.  
**H**eredibus & Falcidia. NOV. 1.  
**I**is, qui ingrediuntur ad appellationem. NOV. 49.  
**I**mmensis donationibus. NOV. 92.  
**I**ncestis, & nefariis nuptriis. NOV. 12.  
**I**n medio litis non fieri sacras formas. NOV. 113.  
**I**nstrumentorum cautela, & fide. NOV. 73.  
**I**nterdictis collegiis hereticorum. NOV. 132.  
**J**udicibus, & ut nullatenus cum jurejurando elegantur. NOV. 82.  
**J**urejurando a moriente præstito. NOV. 48.  
**J**usjurandum, quod præstatur Eccl. NOV. 8.  
**L**enonibus. NOV. 14.  
**L**itigiosis, & decima parte litis. NOV. 112.  
**M**andatis principum. NOV. 17.  
**M**ensura ordinandorum clericorum. NOV. 16.
- M**onachis. NOV. 5.  
**N**auticis usuris. NOV. 110.  
**N**eque virum, quod ex dote est Eccl. NOV. 98.  
**N**on alienandis, aut permutandis rebus ecclesiasticis. NOV. 7.  
**N**on eligendo secundo nubentes mulieres. NOV. 2.  
**N**ovi operis nuntiatione maritimi aspectus. NOV. 63.  
**N**ullum credentem agricolæ Eccl. NOV. 32. Eccl. NOV. 34.  
**N**uptiis. NOV. 22.  
**P**rivilegiis dotis hereticis mulieribus non præstandis. NOV. 109.  
**Q**uestore. NOV. 80.  
**Q**uibus modis naturales efficiantur legitimi. NOV. 74.  
**Q**uibus modis naturales efficiantur sui. NOV. 89.  
**Q**uomodo oporteat Episcopos, & cæteros clericos ad ordinationem perduci. NOV. 6.  
**R**aptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt. NOV. 143.  
**R**eservariis sacri palatii. NOV. 10.  
**R**estitutione fideicommissi. NOV. 159.  
**R**estitutionibus. NOV. 108.  
**R**estitutionibus, & ea, quæ parit in undecimo mense. NOV. 39.  
**S**anctissimis Episcopis, Eccl. NOV. 123.  
**S**cenicas non solum si fidejussores præstant Eccl. NOV. 51.  
**T**abellionibus. NOV. 44.  
**T**empore non soluta pecunia super dote. NOV. 100.  
**T**estamentis imperfectis. NOV. 107.  
**T**estibus. NOV. 90.  
**T**riente, & semisse. NOV. 18.  
**U**suris nauticis. NOV. 106.  
**U**t ab Illustribus Eccl. NOV. 71.  
**U**t clerici apud proprios Episcopos Eccl. NOV. 83.  
**U**t clerici, qui recedunt, aliis pro eis subrogatis Eccl. NOV. 57.  
**U**t cum de appellatione cognoscitur Eccl. NOV. 115.  
**U**t de cætero commutationes ecclesiasticarum rerum Eccl. NOV. 55.  
**U**t defuncti, seu funera eorum, Eccl. NOV. 60.  
**U**t determinatus sit numerus clericorum. NOV. 3.  
**U**t differentes judices Eccl. NOV. 86.  
**U**t divinæ iussiones subscriptionem habeant Eccl. NOV. 114.  
**U**t ea, quæ vocantur insinuativa Eccl. NOV. 56.  
**U**t

Ut ecclesia Romana centum annorum *Ec.*  
NOV. 9.  
Ut exactione instantे dotis primæ *Ec.* NOV.  
91.  
Ut factæ novæ Constitutiones *Ec.* NOV. 66.  
Ut fratrum filii sucedant pariter *Ec.* NOV.  
127.  
Ut ii, qui obligatas se habere perhibent res  
minor, *Ec.* NOV. 72.  
Ut immobilia ante nuptialis donationis *Ec.*  
NOV. 61.  
Ut in privatis domibus sacra mysteria non  
fiant. NOV. 58.  
Ut judices non expectent sacras iussiones.  
NOV. 125.  
Ut judices sine quoquo suffragio fiant. NOV. 8.  
Ut liberti de cætero aureo non indigeant anu-  
lo. NOV. 78.  
Ut liceat matri, & aviæ *Ec.* NOV. 117.

Ut litigantes jurent in exordio litis. NOV. 124.  
Ut neque miles, neque fœderatus *Ec.* NOV. 116.  
Ut non fiant pignorationes pro aliis personis.  
NOV. 52.  
Ut non luxurientur homines *Ec.* NOV. 77.  
Ut nulli judicum liceat habere loci servato-  
rem. NOV. 134.  
Ut nullus fabricet oratorii domos *Ec.* NOV.  
67.  
Ut nullus mutuans agricultorū teneat ejus ter-  
ram. NOV. 33.  
Ut omnes obediant judicibus provinciarum.  
NOV. 69.  
Ut ordinariæ præfecturæ *Ec.* NOV. 70.  
Ut præponatur nomen Imper. documentis.  
NOV. 47.  
Ut sine prohibitione matres *Ec.* NOV. 94.  
Ut sponsalia largitas specialis sit contractus.  
NOV. 119.

## Tituli Novellarum Constitutionum 70. quæ non erant in libro Authenticorum cum hæc scriberet Augustinus.

---

**A**dictionibus. NOV. 166. quæ est forma  
1. Prælectorum Prætorio.  
Adictionibus. NOV. 168. quæ est forma 2. eo-  
rundem.  
Adjutoribus Questoris. NOV. 35.  
Argentariorum contractibus. NOV. 136.  
Appellationibus ex quinque provinciis. NOV.  
50.  
Appellationibus Siciliæ. NOV. 75.  
Apud quem oporteat appellationes in quinque  
provinciis *Ec.* NOV. 41.  
Armeniis. NOV. 21.  
Comite Isauriæ. NOV. 27.  
Consulationibus sive de ordine senatorum.  
NOV. 62.  
Decurionibus. NOV. 38.  
Decurionibus. NOV. 101.  
Descriptione quattuor Præsidum Armeniae  
NOV. 31.  
Donatione mortis causa facta Decurionibus.  
NOV. 87.  
**E**a, quæ raptori suo nubit. NOV. 150.  
Ecclesiis constitutis in Africa. NOV. 37.  
Edictum ad CP. de iis, qui luxuriantur *Ec.*  
NOV. 141.  
Edictum de formula artificum. NOV. 122.  
Exemplum sacræ formæ de appellationibus.  
NOV. 126.  
Exemplum sacræ pragmaticæ formæ de usuris.  
NOV. 160.  
Generalis forma de prospectu in mare. NOV.  
165.  
Hebrais. NOV. 146.  
Heredibus. NOV. 164. quæ est Tiberii. NOV. 2.

Tom. II.

Hortulanis. NOV. 64.  
Iis, quæ relicta sunt ecclesiæ Myſiæ. NOV. 65.  
Iis, qui eunuchos faciant. NOV. 142.  
Iis, qui in Osrhoena illicitas contrahunt nu-  
ptias. NOV. 154.  
Impensis in defunctorum funeralibus. NOV.  
59.  
Indulgentia tributariorum reliquorum. NOV.  
148. quæ est Justinæ Minoris. NOV. 1.  
Infantibus expositis. NOV. 153.  
Interpretatione a Principe facta *Ec.* NOV.  
138.  
Moderatore Arabiae. NOV. 102.  
Moderatore Helenoponti. NOV. 28.  
Monachis, & ascetriis. NOV. 133.  
Ne decurio, aut cohortalis perducatur in jus  
*Ec.* NOV. 151.  
Ne Judæi, Samaritani, & Heretici curiali  
fortuna liberentur. NOV. 45.  
Ne quis cogatur bonis cedere. NOV. 135.  
Ne sacræ formæ, quæ de causis procedunt  
*Ec.* NOV. 152.  
Officinis, sive tabernis, vel ergasteris CP.  
urbis. NOV. 43.  
Ordinatione Episcoporum, & clericorum.  
NOV. 137.  
Plebeiis. Prætoribus. NOV. 13.  
Præside Pisidie. NOV. 24.  
Prætore Lycaonie. NOV. 25.  
Prætore Paphlagonie. NOV. 29.  
Prætore Siciliæ. NOV. 104.  
Prætore Thracie. NOV. 26.  
Privilegiis Archiepiscopi Primæ Justinianæ.  
NOV. 11.

D d d

Pra-

*Proconsule Cappadociae.* NOV. 30.  
*Proconsule Palæstinæ.* NOV. 103.  
*Prole partienda inter rusticos.* NOV. 156.  
*Provinciarum Præsidibus.* NOV. 161. quæ est  
 Tiberii Imp. NOV. 3.  
*Quo pacto oporteat in possessionem mittere.*  
 NOV. 167. quæ est forma 24 eorundem Præ-  
 fectorum.  
*Relevatione tributorum publicorum.* NOV. 163.  
 quæ est Tiberii. NOV. 5.  
*Remissio pœnae illicite contractarum nuptia-  
 rum.* NOV. 139.  
*Rusticis, qui in alienis prædiis nuptias con-  
 trahunt.* NOV. 157.  
*Sacra forma transmissa Dominico Præf. Præt.  
 Illyrici de diversis capitulis.* NOV. 162.  
*Samaritanis.* NOV. 129.  
*Samaritanis.* NOV. 144. quæ est Justini Mi-  
 noris. NOV. 5.  
*Successoribus eorum, qui in Africa degunt.*  
 NOV. 36.  
*Transitu militum.* NOV. 130.

*Ut Antimus, Severus, &c reliqui heretici ec-  
 clesiastico gradu detrahantur.* NOV. 42.  
*Ut consensu matrimonium solvi possit.* NOV.  
 140. quæ est in Justini Minoris. NOV.  
 2.  
*Ut constitutio sacrissimi Imp. de successioni-  
 bus nuptialium lucrorum &c.* NOV. 68.  
*Ut Dei amantissimi Episcopi cum provincia-  
 rum incolis &c.* NOV. 149. quæ est Justi-  
 ni Minoris. NOV. 4.  
*Ut deliberandi jus etiam ad impuberes trans-  
 mittatur.* NOV. 158.  
*Ut ea, quæ Præfectis, aut largitionibus de-  
 bentur, &c.* NOV. 147.  
*Ut ecclesia sanctæ resurrectionis alienare pos-  
 sit ædificia.* NOV. 40.  
*Ut matres etiam tutelæ rationibus obnoxiae  
 sint.* NOV. 155.  
*Ut nullam de cætero licentiam habeat Dux*  
 &c. NOV. 145.  
*Ut particulares usurarum solutiones in duplum  
 computentur.* NOV. 121.



Tituli, sive Epitome singulorum capitum Juliani,  
quæ in veteribus libris inveniuntur, &  
ut inveniuntur,

Additis plerisque ex Pithoeorum libro capitum inscriptionibus, quibus  
hujuscemodi „ nota apposita est.

1. *SI heres legata solvere noluerit.* NOV. I. cap. I.
2. *Ad legem Falcidiam.* NOV. I. c. 2.
3. *De legatariorum exæquatione.* NOV. I. c. 3.  
(alii de legator. exæq.)
4. *Ut legata intra annum præstentur.* NOV. I. c. 4.
5. *De iis, qui ad secundas nuptias migraverint.* NOV. 2. c. I. 2. 3. 4.
6. *De dote adscripta, ♂ non numerata, vel præstata.* NOV. 2. c. 5.
7. *De numero clericorum C.P. civitatis.* NOV. 3. c. I.
8. *Ut non liceat clero de minore eccllesia in majorem per patrocinium transire, ♂ de alimoniis clericorum.* NOV. 3. c. 2.
9. *De fidejussoribus, ♂ mandatoribus, ♂ iis, qui pro aliis pecunias constituunt.* NOV. 4. c. I.
10. *De solutionibus, ♂ liberationibus, (♂ verborum significacione.)* NOV. 4. c. 2.
11. *De monasteriis ædificandis.* NOV. 5. c. I.
12. *De monachis, ♂ ascetis.* NOV. 5. c. 2.  
3. 4. 5. 6. 7. 8.
13. *De archimandritis, ♂ ut Constitutio sit communis monachorum, ♂ sanctimonium.* NOV. 5. c. 9.
14. *De Episcopis.* NOV. 6. c. I. 2. 3.
15. *De clericis.* NOV. 6. c. 4. 5.
16. *De diaconis.* NOV. 6. c. 6.
17. *Item de clericis.* NOV. 6. c. 7.
18. *De numero clericorum.* NOV. 6. c. 8.
19. *De rebus ad venerabiles locos pertinentibus.* NOV. 7. c. I.
20. *Quomodo liceat in Imp. res sancti loci transferre.* NOV. 7. c. 2.
21. *De emphyteusos contractu a sancto loco constituendo.* NOV. 7. c. 3.
22. *Quomodo ususfructus rerum ad sanctos locos pertinentium constituatur.* NOV. 7. c. 4.
23. *Quibus poenis subjecti sint, qui præsentem Constitutionem contempserint.* NOV. 7. c. 5.
24. *Quando liceat hypothecæ titulo res venerabilium locorum obligare.* NOV. 7. c. 6.
25. *Quibus poenis subiicitur, qui illicitum emphyteusos contractum juris venerabilis loci componit.* NOV. 7. c. 7.
26. *Quomodo punitur, qui sacra vasa donat, vel alienat, vel pignorat, vel conflat, ♂ de panibus civilibus.* NOV. 7. c. 8.
27. *De pragmaticis sanctionibus, quæ contra commoda venerabilium locorum promulgantur.* NOV. 7. c. 9.
28. *De monasteriis non vendendis, vel alienandis.* NOV. 7. c. 10.
29. *Si sterilis ager ad venerabilem locum pervenerit.* NOV. 7. c. 11.
30. *De magistratibus sine pecunia creandis.* NOV. 8. c. I.
31. „ *De Vicario Asianæ Regionis, ♂ Præfide Phrygiæ sublatis, ♂ in Comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen translatis.*  
„ NOV. 8. c. I.
32. „ *De vicario Ponticæ sublato, ♂ in Comitis Galatiæ primæ nomen translato.*  
„ NOV. 8. c. 2.
33. „ *Ut nemo civilis, vel militaris magistratus Vicarios habeat.* NOV. 8. c. 3.
34. „ *Ut Comites Orientis, ♂ Præfides Antiochiae officium habeant.* NOV. 8. c. 4.
35. „ *Ut omnes privati Præsidibus subiiciantur, ♂ de sacramento a Præsidibus dando, ♂ de furtis Præsidum.* NOV. 8. c. 5.
36. „ *Ut Præfides quinquaginta dies faciant in provincia sua, postquam eis successum sit.* NOV. 8. c. 6.
37. „ *In quibus causis a Præsidenti fori præscriptionem non habeant.* NOV. 8. c. 7.
38. „ *Si milites Præfidis Provinciae iussiones non fecerint.* NOV. 8. c. 8.
39. „ *De Latrunculatoribus, ♂ Dioclytis, ♂ Apholitidis sublatis, ♂ quomodo sacramentum a Præside dandum sit.* NOV. 8. c. 9.
40. „ *De Prescriptione centum annorum Ecclesiæ competente Romane civitatis.*  
„ NOV. 9. c. I.
41. „ *De numero referendariorum.* NOV. 10. c. I.
42. „ *Ut Civitates circa Viminacium suum proprium Archiepiscopum habeant.* NOV. 11. c. I.
43. *De nefariis, ♂ incestis matrimonii.*  
NOV. 12. c. I. 2.
44. *De naturalibus liberis.* NOV. 12. c. 3.
45. „ *De Officio Prætorum populi.* NOV. 13. c. I.
46. *De lenonibus tollendis.* NOV. 14.
47. *De Defensoribus civitatum.* NOV. 15. c. I. 2. 3. 4. 5.  
(*De Præfidis\* vicariis Defensorum non mitendis* NOV. 15. c. 2.)

48. De sententia Defensorum civitatis. NOV. 15. c. 6.
49. " Quando licet Clericis ab alia Ecclesia in aliam transire. NOV. 16. c. 1.
50. De criminibus. NOV. 17. c. 3.
51. De privatis.\* NOV. 17. c. 4.
52. De officio proconsulis \* NOV. 17. c. 5. 6.
53. De vicariis Praesidum, & manus \* armatae. NOV. 17. c. 6.
54. De iustitione Praesidi \* producenda. NOV. 17. c. 7.
55. De capitali crimine damnatis \* NOV. 17. c. 8.
56. De patronis. NOV. 17. c. 9.
57. De capite censitis. NOV. 17. c. 9.
58. De tiuulis infinis. NOV. 17. c. 10.
59. De legitima portione liberis a parentibus relinquenda. NOV. 18. c. 1.
60. De curialibus liberis. NOV. 18. c. 2.
61. Si liberis suis nudam proprietatem quispiam reliquerit. NOV. 18. c. 3. ( alii De nuda hereditatis proprietate filiis dimisfa.)
62. Quemadmodum ab intestato liberi per femininum sexum descendentes parentibus succedere debeant. NOV. 18. c. 4. ( alii De non potibus ex filio, & filia natis.)
63. De concubinis, & naturalibus liberis, NOV. 18. c. 5. ( alii De iis, qui sine liberis, & uxoribus legitimis decesserunt.)
64. De collatione dotis, & ante nuptias donationis. NOV. 18. c. 6. ( alii De patre, qui filiae dotem dederit, vel filio propter nuptias donationem.)
65. Si res suas pater liberis distribuerit. NOV. 18. c. 7. ( alii De iis, qui res suas filiis distribuere voluerint.)
66. Si quis prolatam manum suam negaverit. NOV. 18. c. 8. ( alii De iis, qui negaverint manum esse in scripto.)
67. De litigio missi pro culpa\* supra tutorem, & curatorem. NOV. 18. c. 8.
68. De improbis possessorum exceptionibus. NOV. 18. c. 9. ( alii De tentatione facta.)
69. Quomodo concubinae servilibus condicionibus constitutae legitimae uxores sunt. NOV. 18. c. 10. ( alii De ancilla concubina facta.)
70. De provocationibus Praetoris Paphlagoniae, vel Honoriados porrectis, & de aliis provocationibus in diversis regionibus porrectis. NOV. 20.
71. De secundis nuptiis. NOV. 22. c. 1.
72. De divortiis bona gratia faciendis. NOV. 22. c. 2.
73. Si quis liber ancillam uxorem duxerit, vel e contrario. NOV. 22. c. 3. [ alii De iis, qui ancillam duxerunt putantes eam liberam.]
74. Si quis in servo suo, aut ancilla aegrotante nullam curam adhibuerit. NOV. 22. c. 4. ( alii De servo, & ancilla aegrotante.)
75. Solutio matrimonio, ut annum abstineat nuptiis mulier. NOV. 22. c. 5. [ alii De iuste dissociatis.]
76. Si alienus adscriptius liberam uxorem duxerit. NOV. 22. c. 6. ( alii De adscriptio, qui liberam mulierem habere non potest.)
77. De nuptiis sine dotalibus instrumentis contractis. NOV. 22. c. 7. ( alii De mulieribus sine dotalibus instrumentis.)
78. De repudiis, quæ a filiis familiarum mituntur. NOV. 22. c. 8. ( alii De mittendo a filio fam. repudio.)
79. Si morte solutum sit matrimonium, & de lucro dotis, vel ante nuptias donationis. NOV. 22. c. 9. ( alii De morte mariti, vel uxoris.)
80. De ingratis liberis, vel non ingratis. NOV. 22. c. 9.
81. Si mulier ad secundas pervenerit nuptias, & de lucro dotis, & ante nuptias donationis. NOV. 22. c. 10.
82. Si mulier ad secundas nuptias pervenerit \* NOV. 22. c. 11. [ alii De impleto statuto tempore. \* ]
83. De non alienandis rebus prioris matrimonii. NOV. 22. c. 12.
84. De alienatione rerum primi matrimonii. NOV. 22. c. 13.
85. De non alienanda nisi portione unius. NOV. 22. c. 14.
86. Cujus temporis computatio spectanda sit, & quomodo superflua quantitas distribui debeat. NOV. 22. c. 15.
87. Si legatum maritus uxori reliquerit. NOV. 22. c. 16. ( alii De legato superstiti personæ relicto.)
88. Si repudio matrimonium solutum sit, quid statui oportet de lucris nuptialibus. NOV. 22. c. 17.
89. De augenda, vel minuenda dote, vel propter nuptias donatione. NOV. 22. c. 18.
90. De ususfructu uxoris a marito relicto, vel donato; & e contrario si marito uxor. NOV. 22. c. 19. ( alii Si ususfructu a marito relicto, vel contra, fiant secundæ nuptiæ.)
91. Si ususfructus dotis nomine, vel propter nuptias donationis causa constituatur. NOV. 22. c. 19.
92. De rebus maternis, & nuptialibus [ lucris] quæ ad filios familias pervenerunt, & de castrensi, vel quasi castrensi, peculio. NOV. 22. c. 20.
93. Si mulier res, quas liberis donavit, quasi ab ingratis post secundas nuptias suas revocare maluerit. NOV. 22. c. 21.
94. Ut secundo marito copulata mulier prioris viri dignitatibus, vel privilegiis non utatur. NOV. 22. c. 22.
95. De libertis mulieribus, quæ patronis suis conjunctæ sunt. NOV. 22. c. 23.
96. Si adhuc constante matrimonio dotem maritus uxori suæ persolverit. NOV. 22. c. 24.

97. Si mulier liberorum suorum tutelam administraverit, & ad secundas convolare rit nuptias. NOV. 22. c. 25.
98. Si sub condicione mater a patre legatum, vel fideicommissum reliquerit filio suo. NOV. 22. c. 26.
99. De clericis, qui nuptias contrahere non possunt. NOV. 22. c. 27.
100. Si decedens maritus uxori suæ legaverit, sub condicione, si secundas nuptias non contraxerit, vel contra, id est si uxor marito. NOV. 22. c. 28.
101. Mulier, quæ secundas nuptias contraxerit, quemadmodum filii sui successionem capiat tam ex testamento, quam ab intestato. Loquitur autem in eodem capitulo & de fratrum successione. NOV. 22. c. 29.
102. Si mater alienare voluerit (ea, quæ) ex filiorum successione devoluta sunt. NOV. 22. c. 30. (alii Eas res, quæ ad eam &c. devolutæ sunt.)
103. Quæ causæ repudii sunt. NOV. 22. c. 31.
104. De appellationibus. NOV. 23. c. 1.
105. De consultationibus. NOV. 23. c. 1.
106. De provocatione in Aegyptiacæ regione porrecta. NOV. 23. c. 3.
107. De provocationibus in Asiana, vel Pontica regione porrectis. NOV. 23. c. 4.
108. De provocationibus in Orientali regione porrectis. NOV. 23. c. 4.
109. De appellationibus contra sententias spectabilium iudicium porrectis. NOV. 23. c. 4.
110. De appellationibus ad spectabiles iudices introducendis, & exercendis. NOV. 23. c. 5.
111. " De officio Prætoris Justiniani Pisidiae. " NOV. 24. c. 1.
112. " Si Provocatio porrecta fuerit contra sententiam Prætoris Pisidiae, vel alterius, qui in Pisidia iudicavit. NOV. 24. c. 2.
113. " De officio Prætoris Lycaonie. NOV. 25. c. 1.
114. " Si provocatio porrecta fuerit contra sententiam Prætoris Lycaonie, vel alterius, qui in Lycaonia iudicavit. NOV. 25. c. 2.
115. " De officio Prætoris Justiniani Thracie, " & de provocationibus in Thracia porrectis. NOV. 26. c. 1.
116. " De officio Prætoris Isauriae, & de appellationibus in ea Provincia porrectis. " NOV. 27. c. 1.
117. De officio Moderatoris utriusque Ponti, id est Helenoponti. NOV. 28. c. 1. 2. 3.
118. De officio Prætoris Paphlagoniae. NOV. 29.
119. " De officio Proconsulis Cappadociae. " NOV. 30. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
120. De comite tertie Armeniae. NOV. 31. c. 1.
121. Si in secunda Armenia provocatio porrecta sit. NOV. 31. c. 2.
122. De pignoribus, & usuris dandis propter res rusticæ mutuatas. NOV. 32. NOV. 33. NOV. 34.
123. De adjutoribus Quæstoris. NOV. 35.
124. " Ut hi, qui in Africa sunt, intra quinquennium competentes sibi res, usque ad tertium gradum debeant vindicare. NOV. 36.
125. " De Africana Ecclesia. NOV. 37.
126. De Decurionibus, & filiis eorum. NOV. 38. c. 1. 2. 3. (alii De curionibus.)
127. De filiabus Decurionum. NOV. 38. c. 4. (alii De filiabus Curionum.)
128. De liberis utriusque sexus (Decurionum.) NOV. 38. c. 5. (alii Curionum.)
129. Ut ex curiali patre, & murilegula, vel comitiaca matre curialis filius nascatur. NOV. 38. c. 6.
130. Si quis unum ex liberis suis heredem instituerit, vel extraneum heredem scriperit, & rogaverit eum, ut tempore, quo morietur, hereditatem alii restituat. NOV. 39. c. 1.
131. Si soluto matrimonio mulier secundas quidem non contraxerit nuptias, ante annum impletum ab aliquo stuprata sit. NOV. 39. c. 2.
132. " De rebus immobilibus alienandis, " quæ ad Ecclesiam Hierosolymitanam pertinent. NOV. 40. c. 1.
133. De Quæstoribus, id est Praefectis insularum. NOV. 41.
134. " De Anthimo, & Petro, & Severo, " & Zora hæreticis. NOV. 42. c. 1.
135. " Ut mille centum ergasteria immunitate porrantur sub nomine decanorum, & lectoriorum: & nemo aliis immunitatem habeat. NOV. 43. c. 1.
136. De Tabellionibus, sive de instrumentorum fide. NOV. 44. c. 1. 2.
137. De Judæis, Samaritis, & Hæreticis curialibus. NOV. 45. c. 1.
138. De testimonio hæreticorum. NOV. 45. c. 2.
139. " Quando licet locis venerabilibus res immobiles alienare. NOV. 46. c. 1.
140. De prefatione instrumentorum. NOV. 47. c. 1.
141. De litteris in instrumento conscribendis. NOV. 47. c. 2. (alii De litteris instrumentorum non scribendis obscuris.)
142. Si quis modum substantiæ suæ in scripturis declaraverit. NOV. 48.
143. De temporibus appellationum. NOV. 49. c. 1.
144. De comparatione litterarum sive ex publico instrumento, sive ex chirographo. NOV. 49. c. 2.
145. De jurejurando propter calumniam dando, vel propter distationes petendas, (aut provocaciones exercendas.) NOV. 49. c. 3. [alii vel probations.]
146. Ut scenicæ mulieres non cogantur in eadem turpitudine manere. NOV. 51.
147. Ut

147. Ut cives, vel vicarii pro aliis civibus suis, vel vicariis non teneantur. NOV. 52. C. 1.
148. Ut donationes in Imperatorem facienda & sine monumentis valeant. NOV. 52. C. 2.
149. De reis ab alio loco in alium retrahendis ex divino nutu, vel iussione maximae potestatis. NOV. 53. C. 1. 2.
150. De admonitione reorum, sive de in jus vocando. NOV. 53. C. 3.
151. De juratorum cautionibus. NOV. 53. C. 4.
152. De casu militiae. NOV. 53. C. 5.
153. De inope muliere, quae sine dote nupta est, quae quartam partem defuncto eo, capere debeat. NOV. 53. C. 6.
154. De iis, qui ex libera matre, & adscripto patre nati sunt. NOV. 54. C. 1.
155. Si venerabilis locus cum alio venerabili loco rerum immobilium permutationem facere maluerit. NOV. 54. C. 2.
156. Ut liceat venerabilibus locis perpetuos inter se contractus emphyteuseos facere. NOV. 55.
157. De emphanisticis, quae a clericis exiguntur. NOV. 56.
158. Si clerici ecclesiias suas dereliquerint. NOV. 57. C. 1.
159. De eo, qui ecclesiias aedificat, vel annonas clericis donat. NOV. 57. C. 2.
160. Si quis in domo sua oratorium habuerit. NOV. 58.
161. De impensis in funere mortuorum faciendis. NOV. 59.
162. De creditoribus, qui morientibus debitoribus imminent. NOV. 60. C. 1.
163. Ut magistratus C. P. civitatis causas certas audiant, & sententiam dicant. NOV. 60. C. 2.
164. De jure propter nuptias donationum. NOV. 61.
165. De consultationibus. NOV. 62. C. 1.
166. De ordine Senatorum. NOV. 62. C. 2.
167. De prospectu maris. NOV. 63.
168. De hortulanis C. P. civitatis. NOV. 64.
169. De rebus immobilibus ad ecclesiam pertinentibus. NOV. 65.
170. De legibus, quas noster Imp. de ordinatione testamentorum posuit. NOV. 66.
171. De iis, qui ecclesiam, vel oratorium aedificare voluerint. NOV. 67. C. 1.
172. Si Episcopus multum tempus ab ecclesia sua defuerit. NOV. 67. C. 2.
173. De alienatione rerum immobilium ad ecclesiias pertinentium. NOV. 67. C. 3.
174. De constitutione Imp. que lata est de lucro ex morte liberorum continente per pacta dotalia. NOV. 68.

## Tituli capitum secundæ partis Novellarum.

---

1. DE jurisdictione. Præsidum provinciarum. NOV. 69. C. 1.
2. De præsentibus reis. NOV. 69. C. 2.
3. De absentibus reis. NOV. 69. C. 3.
4. De fori præscriptione tollenda. NOV. 69. C. 4.
5. Quibus fori præscriptio denegatur. NOV. 69. C. 5. (alii De fori præscriptione denganda.)
6. De vi, & potestate constitutionis. NOV. 69. C. 6.
7. Si præsentem constitutionem Præses neglexerit. NOV. 69. C. 6.
8. Ut Præfectoria dignitas curialem liberet. NOV. 70.
9. „ De privilegiis dignitatum, sive de propria curatoribus. NOV. 71. C. 1.
10. Qui tutores, vel curatores pupillo, vel adolescenti dari possint. NOV. 72. C. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
11. De administratione tutorum, & curatorum. NOV. 72. C. 8. 9. 10.
12. Quemadmodum depositum caute dari potest. NOV. 73. C. 1. (alii Quomodo depositum caute poni potest.)
13. Quemadmodum sine tabellione instrumenta caute fieri possunt. NOV. 73. C. 2. (alii

- Quo modo sine tabellione instrumentum caute fiat.)
14. Si litterarum fides a voce testium discrepet. NOV. 73. C. 3.
15. De contractibus incaute compositis. NOV. 73. C. 4.
16. Quomodo tabelliones caute debeant instrumenta componere. NOV. 73. C. 5.
17. De comparatione notarum. NOV. 73. C. 6.
18. De comparatione litterarum. NOV. 73. C. 7.
19. Imperiti litterarum quomodo debeant instrumenta componere. NOV. 73. C. 8.
20. De contractibus sine scripto compositis. NOV. 73. C. 9.
21. De vi, & potestate constitutionis in loco, & quantitate. NOV. 73. C. 10.
22. De vi, & potestate constitutionis in tempore. NOV. 73. C. 10.
23. Quomodo filii naturales legitimi fieri possunt. NOV. 74. C. 1.
24. Quomodo filii naturales legitimi fieri non possunt. NOV. 74. C. 2.
25. Qui (non) sine dotalibus instrumentis nuptias contrahere possunt. NOV. 74. C. 3. 4.
26. Qui sunt legitimi filii, vel naturales, vel neutrum, id est ex damnata copulacione. NOV. 74. C. 5.

27. De

27. De appellationibus in Sicilia porrectis.  
NOV. 75.
28. De constitutione Imperatoris, quæ loqui-  
tur de substantiis monachorum, vel ascet-  
riarum. NOV. 76.
29. De iis, qui per capillum dei, aut caput  
jurant, vel alio modo blasphemia contra  
deum immortalem utuntur. NOV. 77.
30. De jure aureorum anulorum. NOV. 78.  
c. 1.
31. De reverentia, & obsequia patronis a  
libertis praestando, & de ingratis. NOV. 78.  
c. 2.
32. Si libertam suam patronus uxorem habere  
maluerit. NOV. 78. c. 3.
33. Si quis ex ancilla sua liberos habuerit,  
& dotalia instrumenta fecerit. NOV. 78.  
c. 3.
34. Ratio Constitutionis. NOV. 78. c. 4.
35. De potestate in tempore constitutionis.  
NOV. 78. c. 4.
36. Si quis in jus vocare monachum, vel san-  
ctimoniale conatus sit. NOV. 79. c. 1.
37. Ut hac Constitutio ad curam magistra-  
tuum, & Episcoporum pertineat. NOV. 79.  
c. 2.
38. De temeritoribus hujus Constitutionis.  
NOV. 79. c. 2.
39. Quorum hac Constitutio interest. NOV.  
79. c. 2.
40. De officio Quæstoris. NOV. 80. c. 1. 2. 3.  
4. 5. 6. 7. 8. 9.
41. Quomodo jus potestatis dissolvitur. NOV.  
81. c. 1.
42. De legitimis personis. NOV. 81. c. 2.
43. Ut Episcopatus honor filium (a potestate  
patris) dissolvat. NOV. 81. c. 3. (alii jus  
potestaris.)
44. De judicibus. NOV. 82. c. 1. 2.
45. Qualiter sedere debent judices. NOV. 82.  
c. 3.
46. De provocationibus. NOV. 82. c. 4. 6.
47. De jurisdictione judicum. NOV. 82. c. 5.
48. De sportulis. NOV. 82. c. 7. 9. (alii De  
collatis judicis.)
49. „ De judicibus mortuis. NOV. 82. c. 8.
50. De definitivis sententiis. NOV. 82. c. 10.
51. De legibus judicialibus. NOV. 82. c. 10.
52. Ut arbitri per compromissum, non per  
sacramentum adsumantur. NOV. 82. c. 11.
53. De provocationibus, & retractationibus.  
NOV. 82. c. 12.
54. De diversis rescriptis, & de provocatio-  
nibus. NOV. 82. c. 13.
55. De relationibus. NOV. 82. c. 14.
56. Si quis clericum in jus vocare maluerit  
tam in pecuniaria, quam in criminali cau-  
sa. NOV. 83.
57. De successionibus, quæ ab intestatis fra-  
tribus deferuntur. NOV. 84.
58. De fabricensibus, & qui arma gerere pos-  
sunt. NOV. 85. c. 1. 2. 3. 4.
59. Si Praeses provinciae supplices provinci-  
ales contempserit. NOV. 86. c. 1.
60. Si cui Praeses provinciae suspectus fuerit.  
NOV. 86. c. 2.
61. De provincialibus, qui temere in C. P.  
civitatem veniunt. NOV. 86. c. 2.
62. Si Praeses provinciae injuriam fecerit.  
NOV. 86. c. 3.
63. De officio Taxeotarum. NOV. 86. c. 4.
64. Si Episcopus gratia Praesidis supplices  
contempserit. NOV. 86. c. 5.
65. De officio Defensorum, & Episcopali au-  
dientia. NOV. 86. c. 6.
66. De Episcopis, & clericis ad C. P. civi-  
tatem pervenientibus. NOV. 86. c. 7.
67. Ut nemo ultra sportularum modum sta-  
tutum exigere audeat: & de officio Praesi-  
dis, & Episcopi. NOV. 86. c. 8.
68. De diversis donationibus a curialibus fa-  
ciendis. NOV. 87.
69. De rebus depositis, & de iis, qui denun-  
tiant, ut deposita non reddantur. NOV. 88.  
c. 1.
70. De iis, qui denuntiant, ut civiles anno-  
næ, vel pensiones non solvantur. NOV. 88.  
c. 2.
71. De liberis naturalibus. NOV. 89. c. 1. 2.  
3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
72. De testibus. NOV. 90. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
73. Ut dos prioris uxoris preferatur doti se-  
cundæ uxoris, sive ipsa, sive liberis ejus  
agentibus. NOV. 91. c. 1.
74. Si per maritum steterit, quo minus dos  
ei promissa praestetur. NOV. 91. c. 2.
75. De immodicis, & inofficiosis donationi-  
bus. NOV. 92.
76. Si appellatione introducta compromissa-  
rium arbitrum litigatores elegerint. NOV.  
93.
77. Si mater filiorum suorum tutelam susci-  
pere maluerit. NOV. 94.
78. „ Ut civilis, vel militaris judex de Pro-  
vincie, in qua est positus, non recedat  
„ sine divina pragmatica, & ut quinqua-  
„ ginta diebus administratione deposita in  
„ Provincia commoretur adversus eum in-  
„ terpellantibus responsurus. 95. c. 1.
79. De in jus vocando. NOV. 96.
80. De exequacione dotis, & propter nuptias  
donationis. NOV. 97. c. 1.
81. Quando licet mulieri dotem suam augere.  
NOV. 97. c. 2.
82. De privilegio dotis. NOV. 97. c. 3.
83. De privilegiis creditorum, qui militia  
causa marito mutuaverunt. NOV. 97. c. 4.
84. Ut eadem quantitas dotis in secundis nu-  
ptiis a patre servetur. NOV. 97. c. 5.
85. De collatione dotis. NOV. 97. c. 6.
86. Ut proprietas dotis, vel ante nuptias do-  
nationis mortua alterutra persona filii com-  
munibus conservetur. NOV. 98. c. 1.
87. Ut repudio, vel bona gratia soluto ma-  
trimonio, id, quod ab alterutra persona  
lucrata est, filio suo conservet; & de a-  
lendis liberis a parentibus suis. NOV. 98.  
c. 2.

88. *De duobus reis promittendi.* NOV. 99. (*alii De reis promittendi.*)
89. *De dote cauta, & non numerata.* NOV.
100. [*alii De dote cauta, vel adscripta, & non numerata.*] NOV.
90. „ *De curialibus.* NOV. 101. c. 1. 2. 3. 4.
91. „ *De officio moderatoris Arabiae.*
- „ 102. c. 1.
92. „ *De officio Proconsulis Palestinae.* NOV.
- „ 103. c. 1.
93. „ *Ut provocationes a Sicilia venientes apud Quæstorem eminentissimum ventilentur.* NOV. 104. c. 1.
94. „ *De consulibus.* NOV. 105. c. 1.
95. „ *De nautico fœnore.* NOV. 106. c. 1.
96. *De voluntate parentum in distributione patrimonii facienda.* NOV. 107. c. 1. 2.
97. *De fideicommissariis hereditatibus.* NOV.
- 108.
98. „ *De hereticis.* NOV. 109. c. 1.
99. „ *De nautico fœnore.* NOV. 110. c. 1.
100. *De præscriptione centum annorum sublata, quæ sanctis ecclesiis, vel aliis locis venerabilibus (competit.)* NOV. 111. (*alii competebat.*)
101. *De litigiosis.* NOV. 112. c. 2.
102. *De interlocutionibus judicum, per quas accusari rei conveniri jubentur, & de satisfaktionibus reorum, & decima parte litis.* NOV. 112. c. 2.
103. *Si admonito reo actor judicium deseruerit.* NOV. 112. c. 3.
104. *De pragmaticis sanctionibus, & diversis iussionibus judicum, & de officio judicis.* NOV. 113.
- \*
105. „ *Si nova lex post porrectam provocationem promulgetur.* NOV. 115. c. 1.
106. *De iis, qui post renunciationem adversariorum habere se dicunt allegationes.* NOV.
115. c. 2.
107. *Quæ sunt justæ causæ exhereditationis liberorum.* NOV. 115. c. 3.
108. *De inofficio testamento.* NOV. 115. c. 3.
109. *Quæ sunt justæ causæ parentum exhereditationis, sive præteritionis.* NOV. 115. c. 4.
110. *Ut non liceat creditori, debitore suo mortuo, ante novem luctuosos dies aliquem molestare propter hoc, quod defunctus debeat.* NOV. 115. c. 5.
111. *De pecunia constituta.* NOV. 115. c. 6.
112. *Si quis filium familias heredem instituerit, ut pater ipsius [fructum] hereditatis non habeat: & de donationibus, & de aliis liberalitatibus eodem modo in filium familias factis, & de curatoribus rerum.* NOV.
117. c. 1. (*alii usumfructum.*)
113. *De eo, qui filius ab aliquo in instrumento nominatus est.* NOV. 117. c. 2.
114. *De muliere, quæ sine dotalibus instrumentis maritata est: & de filiis ex tali matrimonio natis.* NOV. 117. c. 3.
115. *De nuptiis Illustrium hominum.* NOV.
117. c. 4.
116. *De liberis ex eo matrimonio natis, quod repudio solutum est; quemadmodum alantur.* NOV. 117. c. 5.
117. „ *De repudiis a marito mittendis.* NOV.
117. c. 6.
118. *De repudiis ab uxore mittendis.* NOV.
117. c. 7.
119. *Ut non liceat ex consensu mulieris matrimonium solvere.* NOV. 117. c. 8.
120. „ *De uxoribus militum.* NOV. 117. c. 9.
121. „ *Ex quibus causis matrimonia sine pena solvuntur.* NOV. 117. c. 10.
122. *Si mulier sine justa causa marito suo repudium miserit.* NOV. 117. c. 11.
123. „ *Si quis uxorem sua flagellis castigaverit.* NOV. 117. c. 12.
124. „ *Si quis suspicatus fuerit de aliquo vel le eum pudori uxoris suæ inludere.*
- „ NOV. 117. c. 13.
125. „ *Si post tres contestationes invenerit maritus uxorem suam in sancto loco cum suspecto homine conloquium habentem.*
- „ NOV. 117. c. 14.
126. *De hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.* NOV. 118. c. 1.
127. *De ascendentibus.* NOV. 118. c. 2.
128. *De venientibus ex latere.* NOV. 118. c. 3.
129. *De legitima tutela liberorum matris, & aviæ.* NOV. 118. c. 4.
130. *De vi, & potestate Constitutionis in personis, & temporibus.* NOV. 118. c. 4.
131. „ *Ut donatio propter nuptias non indigat insinuatione monumentorum.* NOV.
119. c. 1.
132. *Qui servos manumittere possunt, vel non.* NOV. 119. c. 2.
133. „ *Si quis in aliquo instrumento alterius instrumenti mentionem fecerit.* NOV.
119. c. 3.
134. „ *De appellationibus.* NOV. 119. c. 4.
135. „ *De retractationibus sententiarum Præfecti Praetorio.* NOV. 119. c. 5.
136. *Si minor XXV. annis restitutionem adversus aditionem hereditatis impetrare voluerit.* NOV. 119. c. 6.
137. *De malefidei possessore res alienas vendente.* NOV. 119. c. 7.
138. *De presentis, & absentis præscriptione.* NOV. 119. c. 8.
139. *Ut nemo cogatur in testamento propria manu, vel testium nomina herendum scribere.* NOV. 119. c. 9.
140. „ *De rebus immobilebus, quæ ad loca venerabilia pertinent.* NOV. 119. c.
- „ 10.
141. *Si quis familiæ suæ legaverit, vel alii personæ, & rei legatæ alienationem prohibuerit.* NOV. 119. c. 11.
142. „ *De alienationibus, & aliis contractibus immobilem rerum, vel annonarum, civilium, vel rusticorum mancipiorum, quæ ad loca venerabilia pertinent.* NOV.
120. c. 1. 2.
143. *De*

143. *De monasteriis non alienandis.* NOV.  
120. c. 3.  
\*
144. *De conductoribus, & emphyteuticariis.*  
NOV. 120. c. 5.  
\*\*
145. *De sacris vasis cujuscumque ecclesiæ, vel  
oratoriis.* NOV. 120. c. 9.
146. *Quibus pœnis subiificantur, qui præsen-  
tem constitutionem violaverint.* NOV. 120.  
c. 10.
147. *De vi, & potestate constitutionis in  
tempore.* NOV. 120. c. 10.
148. „ *De partiariis solutionibus usurarum  
in duplum computandis.* NOV. 121. c. 1.
149. „ *De proposito constitutionis, quæ de  
ecclesiasticis, diversis capitulis loquitur.*  
„ NOV. 123. c. 1.
150. „ *De Episcoporum consecratione.* NOV.  
„ 123. c. 1. [al. c. 2.]
151. „ *De accusatoribus Episcoporum.* NOV.  
„ 123. c. 2. (al. c. 3.)
152. „ *Ut nulla pecunia data Episcopi con-  
secentur.* NOV. 123. c. 3. (al. c. 4.)
153. *Si Episcopus ante consecrationem suam,  
vel postea venerabili loco res suas obtulerit.*  
NOV. 123. c. 4. 5.
154. *De servis, & adscripticiis, & taxeotis,  
& curialibus ad Episcopatum pervenienti-  
bus.* NOV. 123. c. 6.
155. *De presbyteris, & diaconis & subdia-  
conis jure cognationis ad tutelam, vel cu-  
rationem vocatis.* NOV. 123. c. 7.
156. *De clericis, ut exceptores, vel exacto-  
res non fiant.* NOV. 123. c. 8.
157. *De Episcopis in judicium testimonii cau-  
sa vocatis.* NOV. 123. c. 9.
158. *De Episcopis in judicium non vocandis.*  
NOV. 123. c. 10.
159. *De Episcoporum profecitione.* NOV. 123.  
c. 11.
160. *De conciliis Episcoporum per singulos  
annos faciendis.* NOV. 123. c. 12.
161. „ *De Episcopis, & aliis religiosis viris  
tablizantibus.* NOV. 123. c. 13.
162. „ *Ut nullus Episcopus cogatur subje-  
ctum sibi clericum de suo clero dimitte-  
re.* NOV. 123. c. 14.
163. *De iis, qui sine causa excommunicant.*  
NOV. 123. c. 15.
164. *De Episcopis sua manu cædentiibus.* NOV.  
123. c. 16.
165. „ *Si Episcopus expulsus ab sua Ecclesia  
ingredi civitatem, de qua repulsus est,  
ausus fuerit.* NOV. 123. c. 17.
166. *Quales homines clericifieri debent.* NOV.  
123. c. 18.
167. *Cujus ætatis præbyter, diaconus, sub-  
diaconus, lector, diaconissa esse debent.*  
NOV. 123. c. 19.
168. „ *De accusationibus clericorum.* NOV.  
„ 123. c. 20.
169. „ *De nuptiis clericorum.* NOV. 123. c.  
„ 21.
170. „ *De Curialibus, & Taxeotis ad clerici-  
catus honorem venientibus.* NOV. 123. c.  
„ 22.
171. „ *Si monachus clericatus honorem me-  
ruerit.* NOV. 123. c. 22. [al. c. 23.]
172. „ *De his, qui ante tempora constitutio-  
nis clerici facti sunt.* NOV. 123. c. 22.  
„ (al. c. 24.)
173. „ *Ut clerici fiant sine pecunia.* NOV. 123.  
„ c. 23. [al. c. 25.]
174. „ *Ut locorum venerabilium administra-  
tores sine pecunia fiant.* NOV. 123. c. 24.  
„ (al. c. 26.)
175. „ *De administratoribus venerabilium  
locorum suas res offerentibus.* NOV. 123.  
c. 25. [al. c. 27.]
176. *Si servus clericus fiat.* NOV. 123. c. 26.
177. *Si adscriptius clericus fiat.* NOV. 123.  
c. 27.
178. *De clericis electis ab adificatoribus ve-  
nerabilium locorum, vel heredibus eorum.*  
NOV. 123. c. 28.
179. *De clericis ministerium Dei non imple-  
tibus.* NOV. 123. c. 29.
180. *De peculio quasi castrensi clericorum,  
& de significatione clericatus.* NOV. 123.  
c. 30.
181. *De testimoniiis clericorum.* NOV. 123.  
c. 31.
182. *De clericis, vel monachis, vel diaco-  
nis, vel ascetriis convenientiis in civili,  
vel criminali causa.* NOV. 123. c. 32.
183. *De eisdem personis pro canonica causa  
convenientiis.* NOV. 123. c. 33.
184. *De rebus dubiis in conciliis Episcoporum  
emergentibus.* NOV. 123. c. 34.
185. *Si clericus, vel quisvis alius contra Epi-  
scopum adire potestatem maluerit.* NOV.  
123. c. 35.
186. *Si quis contra Metropolitanum suum  
potestatem adire maluerit.* NOV. 123. c. 36.
187. *De episcopis apud judicem vocandis.*  
NOV. 123. c. 37.
188. *De administratoribus venerabilium loco-  
rum propter administrationem ad judicium  
vocatis.* NOV. 123. c. 38.
189. *De hereditatibus eorum, qui res vene-  
rabilium locorum gesserunt.* NOV. 123. c. 39.
190. „ *De Episcopis, & clericis in regia ci-  
vitate convenientiis.* NOV. 123. c. 40.  
„ (al. c. 42.)
191. *De apocrisiariis.* NOV. 123. c. 41.
192. *De Episcopis, & clericis pro civitate,  
vel ecclesia sua (consecrationem Episcopi  
\*) pervenientibus.* NOV. 123. c. 42. (forte  
Constantinopolim.)
193. *De executione religiosæ personæ.* NOV.  
123. c. 43.
194. *De sportulis religiosæ personæ.* NOV.  
123. c. 44.
195. *De iis, qui sportulas exigunt ultra mo-  
dum statutum.* NOV. 123. c. 45.
196. *De clericis, qui mulieres in domo sua  
habent.* NOV. 123. c. 46.

Eee

197. De

197. *De Episcopis, qui cum mulieribus habitant.* NOV. 123. c. 47.
198. *De diaconissis, quæ cum masculis habitant, & de liberis earum.* NOV. 123. c. 48.
199. *Si quis inter celebranda mysteria ministris injuriam fecerit.* NOV. 123. c. 49.
200. *De litanis laicorum.* NOV. 123. c. 50.
201. *De monachis, & monasteriis.* NOV. 123. c. 51. & seq. usque ad cap. 65. quod aliis est c. 68.
202. „ *De pœnis, quæ præsenti lege continentur.* NOV. 123. c. 65. (al. c. 69.)
203. „ *Ut ipso litis initio litigatores jurent, quod nihil judicibus dederunt, aut promiserunt.* NOV. 124. c. 1.
204. „ *Ut prohibeant judices supra dictum modum sportulas exigi.* NOV. 124. c. 2.
205. „ *Si quis inilicite sportulas exigat.* NOV. 124. c. 2. 3. (al. c. 3. 4.)
206. „ *De officio referendariorum.* NOV. 124. c. 3. (al. c. 5.)
207. *Ut judices nulla relatione utantur ad Principem.* NOV. 125.
208. „ *Quomodo sacrum auditorium celebra-ri oportet.* NOV. 126. c. 1.
209. *De appellationibus.* NOV. 126. c. 2.
210. *Ut omnes judices legibus non interdic-entiam provocationem intra statutos dies recipere non recusent.* NOV. 126. c. 3.
211. *De successione, quæ ab intestato defertur fratribus, & parentibus, & filiis fratrum.* NOV. 127. c. 1.
212. „ *Si propter nuptias donatio gestis intima non fuerit.* NOV. 127. c. 2.
213. *De iis, qui secundas nuptias non contra-hunt.* NOV. 127. c. 3.
214. *Si vir, vel mulier sine causa legitima matrimonium solverit.* NOV. 127. c. 4.
215. „ *De exactionibus, sive delegationibus tributorum.* NOV. 128. c. 1. 2.
216. „ *De Apochis publicis.* NOV. 128. c. 3. 4. 5. 6.
217. „ *Quando steriles agri fertilibus impo-nuntur.* NOV. 128. c. 7. 8.  
\* \*
218. „ *Ut quinquaginta dies judices provinciarum post successionem in provincia faciant.* NOV. 128. c. 22. 23.
219. „ *De Samaritis.* NOV. 129.
220. „ *De transitu militum.* NOV. 130. c. 1. & seq.
221. *De quattuor sanctis conciliis.* NOV. 131. c. 1.
222. *De ordine Patriarcarum.* NOV. 131. c. 2.
223. „ *De Archiepiscopo Primæ Justinianæ.* NOV. 131. c. 3.
224. *De Episcopo Chartaginensi.* NOV. 131. c. 4.
225. *Leges possessionum ad sanctos locos pertinentium.* NOV. 131. c. 5.
226. *De præscriptione XL. annorum venerabilibus locis competente.* NOV. 131. c. 6.
227. *De ædificatione venerabilium locorum.* NOV. 131. c. 7.
228. „ *Si quis in praestio, vel domo, vel fundo ecclesiastica munera fecerit.* NOV. 131. c. 8.
229. „ *Si quis in nomine Domini nostri Jesu Christi hereditatem, vel legatum reliquerit.* NOV. 131. c. 9.
230. „ *Si quis in nomine Sancti Martyris hereditatem, vel legatum reliquerit.* NOV. 131. c. 10.
231. „ *Si quis in ultima voluntate domum religiosam fieri disposuerit.* NOV. 131. c. 11.
232. „ *De redemptione captivorum, vel almoniis pauperum.* NOV. 131. c. 12.
233. „ *Si heredes piam dispositionem implere noluerint.* NOV. 131. c. 13.
234. „ *Ut propter pias causas Falcidia minuatur.* NOV. 131. c. 14.
235. „ *Ut intra sex menses pia voluntas impleatur.* NOV. 131. c. 15.
236. „ *Quando legata relicta liceat permittare.* NOV. 131. c. 16.
237. „ *De testamento Episcopi, vel administratoris venerabilis loci.* NOV. 131. c. 17.
238. „ *De successione ab intestato veniente Episcopi, vel clericis.* NOV. 131. c. 18.
239. „ *De contractibus eorum, qui fidem catholicam non recipiunt.* NOV. 131. c. 19.
240. „ *De mandanda jurisdictione.* NOV. 134. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. II.
241. „ *Ut creditores filios debitorum pinguis jure adducere non audeant.* NOV. 134. c. 12.
242. „ *De muliere.* NOV. 134. c. 13.
243. „ *De mulieribus.* NOV. 134. c. 14.
244. „ *Ut sanctimonialis, aut monacha de monasterio non abstrahatur.* NOV. 134. c. 14. [al. c. 15.]
245. „ *De Mæchis.* NOV. 134. c. 15. & seq. (al. c. 16. & seq.)
246. „ *De argenti distractoriis, qui Argyropratæ vocantur.* NOV. 136. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
247. „ *De usuris supra duplum non computandis.* NOV. 138.
248. „ *De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.* NOV. 150.
249. „ *De alienationibus prohibitis in testamento, vel codicillis.* NOV. 159.
250. „ *Ut jura, quæ in successionibus posita sunt ab intestato venientibus, etiam in Armeniis teneant.* EDICT. 3. Non multum differt hoc Edictum a Novella XXI. quæ XXIX. est in Pith. lib.

# Index Authenticarum Constitutionum, quas Irnerius inseruit Codici Justiniani.

---

- A**D eos : *de secund. nupt.* Nov. 22. c. 9.  
17.  
Ad hæc : *quando mulier. tut. offic. fung. p. t. st.* Nov. 94.  
Ad hæc ex his : *de fide instrum.* Nov. 49. c. 2.  
Ad hæc qui fructus : *de usuris.* Nov. 34.  
Ad hæc si : *de judic.* Nov. 60. c. 2.  
Ad hoc qui suam : *de latin. lib. toll.* Nov. 22. c. 3. 6.  
Æqualitas : *de pact. convent.* Nov. 97. c. 1. 2.  
Antiqua : *de infantibus exponend.* Nov. 54. c. 1.  
Apud eloquentissimum : *de fide instrum.* Nov. 90. c. 4.  
Alcriptionis : *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 27.  
At qui semel : *de probationibus.* Nov. 90. c. 3.  
At si contractus : *de fide instrum.* Nov. 73. c. 7. 8. 9. 10.  
Bona damnatorum : *de bon. proscript.* Nov. 134. c. 20.  
Cauis quæ fit : *de Episc. & cler.* Nov. 79.  
Cestante : *de legit. hered.* Nov. 118. c. 3. Nov. 127. c. 1.  
Clericus quoque : *de Episc. & cler.* Nov. 83.  
Contra cum rogatus : *ad senatuscons. Treb.* Nov. 108.  
Contra qui propriam : *de non num. pec.* Nov. 18. c. 8.  
Cui relictum : *de indict. viduit. toll.* Nov. 22. c. 28.  
Decernit jus novum : *de receptis arb.* Nov. 82. c. 11.  
Defuncto : *ad senatuscons. Tertull.* Nov. 118. c. 2.  
Diaconissam : *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 19.  
Donationem : *de jure dot.* Nov. 97. c. 6.  
Dos data : *de don. ante nupt.* Nov. 91. c. 2.  
E contra : *de repud.* Nov. 22. c. 8.  
Ei qui appellat : *de temp. & repar. appell.* Nov. 49. c. 1.  
Eisdem poenis : *de secund. nupt.* Nov. 22. c. 25. Nov. 39. c. 2. Nov. 94.  
Eo decursum : *de don. ante nupt.* Nov. 119. c. 1. Nov. 127. c. 2.  
Episcopalis ordo : *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 6.  
Episcopo nullam : *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 47.  
Et consequenter : *de sentent. & interloc.* Nov. 96. c. 2.
- Et cum solis : *ad senatuscons. Tertull.* Nov. 22. c. 29.  
Et non observato : *de testament.* Nov. 119. c. 9.  
Et qui jurat : *de bon. auct. jud. poss.* Nov. 53. c. 4.  
Ex causa : *de lib. præt.* Nov. 115. c. 3.  
Excipitur : *de bonis, quæ liberis in potest.* &c. Nov. 117. c. 1.  
Ex complexu : *de incest. nupt.* Nov. 89. c. 15.  
Ex testamento : *de secund. nupt.* Nov. 2. c. 3. Nov. 22. c. 29.  
Ex testamento : *de collat.* Nov. 18. c. 6.  
Generaliter autem : *de Episc. & cler.* Nov. 112. c. 2.  
Hæc usus : *de sacrosanct. eccles.* Nov. 120. c. 8.  
Hæc res lucro : *de secund. nupt.* Nov. 22. c. 9. 11. 13.  
Hanc autem querellam : *de non num. pecun.* Nov. 100.  
Hoc amplius : *de fideicommiss.* Nov. 1. c. 1.  
Hoc inter : *de testam.* Nov. 107. c. 1.  
Hoc ita : *de pign. & hypoth.* Nov. 112. c. 1.  
Hoc ita : *de duob. reis stip.* Nov. 99.  
Hoc jus porrectum : *de sacros. eccles.* Nov. 7. c. 1. Nov. 120. c. 2.  
Hoc jus stabit : *de proc.* Nov. 71.  
Hoc locum : *si secundo nupser.* Nov. 22. c. 19.  
Hoc nisi : *de sol. & liberat.* Nov. 4. c. 2.  
Hoc sacramentum : *de iurejur. propter calumn. dand.* Nov. 49. c. 3.  
Hoc si debitor : *de pignor. & hypoth.* Nov. 4. c. 1.  
Hodie autem : *de appell.* Nov. 23. c. 1.  
Hodie jurant : *de judic.* Nov. 15. c. 1.  
Hodie novo : *de custod. reor.* Nov. 134. c. 14.  
Hodie quantiscumque : *de repud.* Nov. 117. c. 9.  
Idem est de Nestorianis : *de heret. & Man.* Nov. 115. c. 3.  
Idem est in his : *de bonis, quæ lib.* &c. Nov. 134. c. 16.  
Immo a debito : *de oblig. & action.* Nov. 134. c. 12.  
Incestas nuptias : *de incest. nupt.* Nov. 12. c. 1. 2.  
In donatione : *de secund. nupt.* Nov. 22. c. 11.  
Ingressi : *de sacrosanct. eccles.* Nov. 5. c. 4. & 5.  
In isto juramento : *de iurejur. propter calumn. dand.* Nov. 49. c. 3.

E e e 2

In

- In successione: *de suis*, & legit. liber. Nov. 118. c. 1.
- Interdicimus: *de Episc.* & cler. Nov. 123. c. 13.
- In testamento: *ad senatuscons.* Tertull. Nov. 115. c. 4.
- Itaque mortuo: *commun.* de success. Nov. 74.
- Item & a privatis: *de donationibus*. Nov. 52. c. 2.
- Item hereditas: *de bonis, quæ lib.* &c. Nov. 118. c. 2.
- Item possessor: *qui potior. in pignor. hab.* Nov. 18. c. 9.
- Item prædium: *de sacrosanct. eccl.* Nov. 120. c. 4.
- Item privilegium: *de haeretic.* & Man. Nov. 109.
- Item qui domum: *de sepulcr. viol.* Nov. 60. c. 1.
- Item sibi invicem: *de sacrosanct. eccl.* Nov. 54. c. 2.
- Item sine: *de naturalibus lib.* Nov. 74. c. 1. Nov. 89. c. 10. 11.
- Jubemus: *de iudiciis.* Nov. 115. c. 2.
- Libellum vero: *de lit. contestatione.* Nov. 96. c. 1.
- Liberi furiosi: *de Episc. aud.* Nov. 115. c. 3. 4.
- Licentiam habeat: *de Episc. & cler.* Nov. 131. c. 17.
- Licet patri: *de natur. liber.* Nov. 89. c. 12. 13. 15.
- Licet testator: *de Episc. & cler.* Nov. 131. c. 12. 13.
- Litigiosa: *de litigios.* Nov. 112. c. 1.
- Lucrum hoc: *de secund. nupt.* Nov. 2. c. 1. Nov. 22. c. 11. 13.
- Malæ fidei posseffore: *de præscript. longi tempor.* Nov. 119. c. 7.
- Matri, & avia: *quando mulier tutel. offic. fungi pot.* Nov. 118. c. 4.
- Maximis: *de nupt.* Nov. 117. c. 4.
- Minoris debitor: *qui dare tut. vel curat. poss.* Nov. 72.
- Multo magis: *de sacros. eccles.* Nov. 7. c. 10. Nov. 120. c. 3.
- Multo magis: *de Episc. & cleric.* Nov. 22. c. 27.
- Nisi breves: *de sentent. ex brev. recit.* Nov. 17. c. 1. Nov. 83.
- Nisi rogati: *ad senatuscons.* Trebell. Nov. 123. c. 55.
- Nisi tricennale: *de bonis matern.* Nov. 22. c. 12.
- Non licet: *de lib. præt.* Nov. 115. c. 3.
- Nova alia: *de natura liberor.* Nov. 78. c. 3.
- Novissima: *de inoffic. testamento.* Nov. 18. c. 1.
- Novissime: *de administr. tut.* Nov. 72. c. 8. 9.
- Novo jure: *de poena jud.* Nov. 124. c. 1.
- Novo jure: *de relat.* Nov. 125.
- Nullus Episc. *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 10.
- Nunc autem: *de Episc.* & cler. Nov. 5. c. 4. 5.
- Nunc autem: *de secund. nupt.* Nov. 22. c. 9.
- Nunc inhibetur: *de don. ante nupt.* Nov. 97. c. 5.
- Nunc si heres: *de litig.* Nov. 112. c. 1.
- Nunc foli: *de naturalibus liber.* Nov. 89. c. 12.
- Offeratur ei: *de litis contest.* Nov. 53. c. 3.
- Permissa est: *de don. ante nupt.* Nov. 61.
- Perpetua: *de sacros. eccles.* Nov. 7. c. 3. Nov. 120. c. 2.
- Post fratres: *de legit. heredibus.* Nov. 118. c. 3.
- Post fratres: 2. *ibid.* Nov. 118. c. 3.
- Post jurandum: *de jud.* Nov. 82. c. 10.
- Præfente tamen: *de fidejussoribus & mand.* Nov. 4. c. 1.
- Præfides: *de Episc. audient.* Nov. 15. c. 1. 3.
- Præterea: *de sacrosanct. eccles.* Nov. 120. c. 9.
- Præterea, qui: *de natura lib.* Nov. 74. c. 1. Nov. 89. c. 9.
- Præterea si matrimonium: *Unde vir, & uxor.* Nov. 53. c. 6. Nov. 117. c. 4.
- Presbyteri, seu diaconi: *de Episc. & cleric.* Nov. 123. c. 1.
- Presbyteros: *de Episcopis, & clericis.* Nov. 123. c. 7.
- Presbyteros diaconos: *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 30.
- Presbyterum: *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 19.
- Principales: *de jurejur. propter cal. dand.* Nov. 124. c. 1.
- Quæ supplicatio: *de precibus Imp. off.* Nov. 119. c. 5.
- Quæ tertia: *de collationibus.* Nov. 18. c. 4.
- Qua in provincia: *Ubi de crim. agi oport.* Nov. 69.
- Quas actiones: *de sacros. eccles.* Nov. 9. Nov. 111. Nov. 131. c. 6.
- Quibuscumque modis: *de sacros. eccles.* Nov. 120. c. 1.
- Qui rem: *de sacros. eccles.* Nov. 7. c. 3. Nov. 120. c. 5.
- Qui res: *de sacros. eccles.* Nov. 7. c. 5. Nov. 120. c. 10.
- Qui semel: *quomodo, & quando.* Nov. 112. c. 3.
- Quod eis permittitur: *de nupt.* Nov. 51.
- Quod fieri non debet: *de dilationibus.* Nov. 53. c. 1.
- Quod hodie: *de repud.* Nov. 117. c. 8.
- Quod jus: *de naturalibus lib.* Nov. 12. c. 3.
- Quod locum: *de collat.* Nov. 97. c. 6.
- Quod locum: *de dot. caus. non numer.* Nov. 100.
- Quod mater: *de revocand. don.* Nov. 22. c. 21.
- Quod nunc generale: *de curat. furios.* Nov. 72. c. 10.
- Quod obtinet: *de pignor. & hyp.* Nov. 53. c. 5.

Quod

Quod obtinet: *de prob.* Nov. 48.  
 Quod pro hac causa: *de Episc. & cler.* Nov.  
     123. c. 3.  
 Quod sine: *de testam.* Nov. 107. c. 1.  
 Quod si quis: *de prescript. long. temp.* Nov.  
     119. c. 8.  
 Quo jure: *qui potior. in pign. hab.* Nov. 97.  
     c. 3. 4.  
 Res, quæ subjacent: *commun. deleg.* Nov. 39.  
     c. 1.  
 Rogati: *de testib.* Nov. 90. c. 2.  
 Sacramentum: *quando mulier tut. offic. fung.*  
     pot. Nov. 94.  
 Sed cum testator: *ad legem Falcid.* Nov. 1.  
     c. 2. 3. 4.  
 Sed Episcopalis: *de Episcopis, & clericis.*  
     Nov. 81.  
 Sed & in ea: *ad legem Falcid.* Nov. 119. c.  
     11.  
 Sed & lis: *de temp. & repar. appell.* Nov.  
     23. c. 2.  
 Sed & periculum: *sine cens. vel reliq. fung.*  
     comp. non posse. Nov. 17. c. 5.  
 Sed & permutare: *de sacros. eccles.* Nov. 7.  
     c. 2.  
 Sed & si quis: *de testib.* Nov. 90. c. 8.  
 Sed & si quis: *de secund. nupt.* Nov. 2. c. 2.  
     Nov. 22. c. 13.  
 Sed hodie: *de donat. inter vir. & uxor.* Nov.  
     22. c. 2.  
 Sed hodie: *qui manumitt. non poss.* Nov. 119.  
     c. 2.  
 Sed hodie: *de repud.* Nov. 22. c. 2.  
 Sed hodie: *de Episc. & cler.* Nov. 123. c. 44.  
 Sed hodie: *de jur. aur. anul.* Nov. 78. c. 1.  
 Sed hodie: *ad legem Jul. de adult.* Nov. 134.  
     c. 15.  
 Sed hodie novo: *de oblig. & act.* Nov. 4. c. 1.  
 Sed hodie novo: *de off. divers. judicum.* Nov.  
     134. c. 14.  
 Sed jam cautum: *de poss. vel con.* Nov. 88.  
 Sed jam necesse: *de donat. ante nupt.* Nov.  
     97. c. 2.  
 Sed judex: *de Episc. & cler.* Nov. 120. c. 9.  
 Sed neque: *de sepulcr. viol.* Nov. 115. c. 5.  
 Sed neque curialem: *de Episc. & cler.* Nov.  
     123. c. 22.  
 Sed nova: *de natur. lib.* Nov. 18. c. 10.  
 Sed novo jure: *de Episc. & cler.* Nov. 123.  
     c. 49. 50.  
 Sed novo jure: *ad legem Jul. de adult.* Nov.  
     117. c. 6.  
 Sed novo jure: *si certum petat.* Nov. 73. c.  
     8. 9. 10.  
 Sed novo jure: *de nupt.* Nov. 78. c. 3.  
 Sed novo jure: *de repud.* Nov. 117. c. 12.  
 Sed novo jure: *de natural. liber.* Nov. 117.  
     c. 4.  
 Sed novo jure: *de servis fugit.* Nov. 134. c.  
     18.  
 Sed omnino: *ne uxor pro mar.* Nov. 52. c. 1.

Sed quæ nihil: *de partibus convent.* Nov. 2.  
     c. 3.  
 Sed quamvis: *de rei usor. act.* Nov. 97. c. 5.  
 Sed si aurum: *de secund. nupt.* Nov. 2. c. 4.  
 Sed si post: *de inoff. testam.* Nov. 115. c. 3.  
 Si appellatione: *de temp. & repar. appell.*  
     Nov. 119. c. 4.  
 Si captivi: *de Episc. & cler.* Nov. 115. c.  
     3. 4.  
 Sicut alienatio: *de sacrosanctis ecclesiis.* Nov.  
     7. c. 11.  
 Sicut hereditas: *de legit. tut.* 118. c. 4.  
 Similiter Falcidia: *ad legem Falcid.* Nov.  
     131. c. 14.  
 Si minor xxv. annis: *de temp. in integr. rest.*  
     Nov. 100.  
 Si modo subiiciatur: *famil. ercif.* Nov. 18.  
     c. 7.  
 Si omnes creditores: *si minor se ab hered. ab-*  
     *stain.* Nov. 119. c. 6.  
 Si pater: *divort. fac. apud quem Ge.* Nov.  
     117. c. 5.  
 Si qua mulier: *de sacrosanct. eccles.* Nov. 123.  
     c. 56.  
 Si qua mulier: *ad senatusconf. Vellejan.* Nov.  
     134. c. 13.  
 Si quando quis: *de constit. pecun.* Nov. 115.  
     c. 6.  
 Si quas ruinas: *de sacros. eccles.* Nov. 120.  
     c. 1.  
 Si quid ex rebus: *qui potior. in pignor. hab.*  
     Nov. 91. c. 1.  
 Si quis ei: *ad leg. Jul. de adult.* Nov. 117.  
     c. 13. 14.  
 Si quis Episcopus: *de Episc. & cler.* Nov.  
     123. c. 17.  
 Si quis in aliquo: *de edendo.* Nov. 119. c. 3.  
 Si quis liberos: *de naturalibus lib.* Nov. 117.  
     c. 2.  
 Si quis litigantium: *de Episc. audient.* Nov.  
     123. c. 32.  
 Si quis vult: *qui pot. in pig. hab.* Nov. 73.  
 Si servus sciente: *de Episc. & cler.* Nov. 123.  
     c. 26.  
 Si tamen abstineat: *de secund. nupt.* Nov.  
     127. c. 3.  
 Si tamen in medio: *de temp. & repar. appell.*  
     Nov. 93.  
 Si testis produktus: *de testibus.* Nov. 90. c. 5.  
 Sive a me: *ad senatusconf. Vellejan.* Nov. 61.  
 Si vero ante quam: *ut omnes judic. tam ci-*  
     *vil.* Nov. 8. c. 4.  
 Si vero criminis: *ad legem Jul. de adult.*  
     Nov. 134. c. 9.  
 Si vero contigerit: *de judic.* Nov. 86. c. 2.  
 Verum & si legitimus: *de Episc. & cler.* Nov.  
     5. c. 2.  
 Unde et si parens: *de inoff. testam.* Nov.  
     92.  
 Uxore mortua: *de secund. nupt.* Nov. 98.  
     c. 1.

# Juris Pontificii capita ex Novellis.

---

- C.** 2. *De præb.* Nov. 3. c. 1.  
**C.** 5. *De reb. eccles.* Nov. 7. c. 1.  
**C.** 1. *De ter. perm.* Nov. 7. c. 2.  
**C.** 2. *De testib.* Nov. 90. c. 8.  
*Dist.* 54. c. 20. *Si servus.* Nov. 123. c. 26.  
 §. *Episcopalis.* Nov. 123. c. 6.  
*In fine.* Nov. 123. c. 27.  
*Dist.* 78. c. 2. Nov. 123. c. 19.  
 2. q. 1. c. 11. *Nemo Episcopus.* Nov. 123. c.  
 15.  
 2. q. 6. c. 27. *Anteriorum.* Nov. 23.  
**C.** 40. *Ei qui.* Nov. 49. c. 1.  
 §. *Sed lis.* Nov. 23. c. 2.  
 2. q. 7. c. 26. *Si hereticus.* Nov. 45. c. 2.  
 3. q. 3. c. 4. §. *Offeratur.* Nov. 53. c. 3.  
 3. q. 9. c. 14. *Testes.* Nov. 90. c. 2.  
**C.** ult. §. *Libellum.* Nov. 96. c. 1.  
 5. q. 6. c. 3. *In fine.* Nov. 123. c. 31.  
 10. q. 2. c. 2. §. *Hoc jus.* Nov. 7. c. 1. Nov.  
 120. c. 2.  
 §. *Præterea.* Nov. 120. c. 9.  
 §. *Sicut.* Nov. 7. c. 11.  
 §. *Item prædium.* Nov. 120. c. 4.
- §. *Sed C' permutare.* Nov. 7. c. 2.  
 §. *Item sibi.* Nov. 54. c. 2.  
 §. *Perpetua.* Nov. 7. c. 3. Nov. 120. c. 2.  
 §. *Qui rem.* Nov. 7. c. 3. Nov. 120. c. 5.  
 §. *Si quas.* Nov. 120. c. 1.  
 §. *Qui vero res.* Nov. 7. c. 5. Nov. 120. c. 10.  
 11. q. 1. c. 8. *Nullus Episcopus.* Nov. 123.  
 c. 10.  
**C.** 9. *Testimonium.* §. *Sed iudex.* Nov. 123.  
 c. 9.  
**C.** 39. *De persona.* Nov. 123. c. 30. 32.  
**C.** 46. *Si qui cum clero.* Nov. 83.  
 16. q. 3. c. 15. *Placuit.* §. *Quas.* Nov. 131.  
 c. 6.  
**C.** 16. *Jubemus.* §. *Quas.* Nov. 131. c. 6.  
 16. q. 4. c. ult. Nov. 131. c. 6.  
 19. q. 3. c. 9. *Si qua.* Nov. 123. c. 56.  
 §. *Nunc autem.* Nov. 5. c. 4. 5.  
**C.** ult. Nov. 123. c. 59. 60.  
 24. q. 4. c. 6. *De illicita.* Nov. 123. c. 15.  
 27. q. 1. c. 30. *Si quis rapuerit.* Nov. 123.  
 c. 64.  
 30. q. 5. c. 9. *Si quis divinis.* Nov. 74. c. 4.



ANTONII AUGUSTINI  
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
AD TITULUM PANDECTARUM  
DE DIVERSIS REGULIS JURIS ANTIQUI  
EXPLANATIONES

*Nunquam antebac editæ.*

ИМЕНИ АУГУСТИНА  
АНОНІМНОГО ТАРАГОНОВІСТІ  
МІНИМАЛІСТИЧНОГО АДА  
ДІВІЦЬКІХ РІЧІК УРІС АНДІЮ  
СІВІЧНІХ СІВІЧНІХ

## AD LECTOREM.

**C**lari nominis virum, & cum primis doctum Gregorium Mayansium Valentinum auctorem sequimur in his Antonio Augustino attribuendis ad Titulum de Regulis Juris Explanationibus. Eas enim & revera scripsisse Augustinum Mayansius testatus est \*, & nobis typis vulgandas insigni liberalitate commodavit. Non tamen Augustinus hunc, quem nunc edimus, totum suo marte lucubravit commentarium; sed Martini Gofiae commentariolum, quod in editione Cujacii Mutiana inter ejus commentarios ad eundem titulum legitur, totum fere descriptum singulis seu capitulo priore loco subiecit, adjunctis in fine locis ex iure laudatis: quod Martinus ubique fere neglexerat. Tum vero continuata oratione multa ut plurimum addidit, quae brevis alterius commentarii instar esse possunt. Nos, ut suum cuique tribuamus, servato M. S. ordine, unicuique legi Martini commentarium proxime subiicimus, a quo alterum Augustini ubi id fieri potest separata scriptio, vel novo, ut ajunt, paragrapto, vel notis hujusmodi [ ] interpositis distinguimus. Noster autem hic, licet nonnulla passim suis explanationibus adspergat, quae vel aliqua ex parte regulam illustrant, vel ejusdem ampliationes continent; multus in eo tamen plerumque est, ut plura undique congerat regulæ virtus seu exceptiones: quod & ipsum, si rerum delectus & judicium adhibetur, laus est interpretis non exigua. Quandoquidem easibus propositis in quibus regula vitiatur seu perdit officium suum, verus inde ejus sensus intelligitur, & facilior interpretatio est. Stilus in nostro aliquantum rudis & impolitus, idemque pressor & abruptus; sed forte ad docendum aptior, & alioquin rerum, & doctrinæ copia resertus. Quare quod cultui deest & elegantiæ, quæ præclara est in cæteris Augustini scriptis, doctrinæ compendio, ut dixi, compensabitur. Ideoque hunc, quem cum admodum junior esset scriptis forte Augustinus commentarium, juris studiosis non ingratum fore speramus. Lectores autem benevoli æqui bonique consulent laborem nostrum, qui in exemplar incidimus, seu veteris amanuensis culpa aut imperitia, seu quo. alio. casu fæde depravatum, sedulanaque in eo emendando diligentiam quantum fieri potuit adhibuimus.

Tom. II.

F f f

\* In Indice Operum ineditorum & in epistolis ad Josephum Rocchium typographum datis, arque in ea præsertim quam VII. Calend. Decembr. anni præteriti hisce verbis scripsit: *Explanationes ad titulum de Diversis regulis Juris antiqui, & Commentarium ad primum librum Institutionum Justiniani, bonamque partem libri secundi, quia Antonii Augustini sunt noli dubitare: Nam summus ille vir etiam scriptus adolescentis &c.*



# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## AD TITULUM PANDECTARUM

### DE DIVERSIS REGULIS JURIS ANTIQUI

EXPLANATIONES.

PAULUS Libro XVI. ad Plautium.

I. *Regula est, quæ rem, quæ est breviter enarrat, non ut ex regula jus sumatur, sed ex jure quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quasi causæ\* conjectio est, quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.*



*Egula est brevis rerum narratio, & quasi causæ conjunctio. Prius itaque oportet esse res, causasve, quæ conjuguntur, deinde conjunctio est. Sicut enim unus homo, priusquam populus; ita prius res & causæ, quam res singulæ. Deinde regula est, quæ est de singulis quasi collectiva universitatis. Ecce, verbi gratia, natura dictante statutum est feras bestias, quæ nullius antea fuerant, occupantis fieri, sic volucres, sic pisces. Cumque in singulis hoc statutum prius fuisset: post in commune constitutum est, quatenus universa, quæ nullius fuerint, occupantium fiant. Quæ simul regula cum in aliquo vitiatur, puta, in hereditariis, & liberis hominibus. Perdit officium suum. Sunt enim definitiones in jure periculosæ, ut infra habetur. Parum est enim ut non subverti possint, cum ei, quod regulariter traditur, per exceptionem sèpius subtrahatur, ut in hoc exemplo. Qui alieno juri subjecti sunt, testamenti faciendi jus non habent; attamen filius familias miles de castris bonis testari potest: Sed & non miles, ut clericus de quasi castris, & advocatus. Si ergo prædictam regulam ad militem filium familias porrugas, vitiatur, perditque officium suum. Cum enim officium sit regulæ, ut singula complectatur; quod autem excipitur, non complectitur, dici potest & vitiari, & officium non exerceri, ac sic per speciem vitiatur genus, quemadmodum jam per speciem*

derogatur generi. Constat ergo ex jure, quod prius est in singulis, regulam fieri; non ex regula jus sumi, quia regula, ut diximus, continet quidem id quod est jus, non autem ipsa facit jus, sed ipsa fit per jus.

ULPIANUS Libro I. ad Sabinum.

II. *Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt: & ideo nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.*

*Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt, & ideo nec judices esse possunt, quasi ordinarii, ut Praeses, Prætor: nec magistratum municipalem gerere, quæ duo sunt officia publica, quia per hoc reipublica principaliter prospicitur. Nec pro alio postulare possunt; nam pro se, & forte pro certis personis, ut pro liberis, pro fratre, pro sorore postulabant, ut supra de postul. l. r. Nec pro alio intervenire possunt [ Intercedunt tamen pro suo creditore. Sed si renuncient, decipientve fœminæ, vel pecuniam pro intercessione accipiunt, tenentur, nec juvantur Senatusconsul-to Vellejano l. 2. §. 2. D. l. Jubemus. l. Antiquæ. C. ad Vellejan.] Nec Procuratores existere: pro parentibus tamen agunt, si forte parentes morbus, aut ætas impedit, nec quemquam, qui agat, habeant, ut supra, de Procur. l. Fœminas. Hæc autem tria exempla sunt cœlium officiorum. Sicut autem pro parentibus agere possunt, sic filiorum interdum tutelam jure depositunt, [ ut in auth. de hered. ab intest. in collect. IX. cap. 5.] A testimonio quoque leges eas non depellunt, dum tamen in ultimis voluntibus eorum testimonium non admittatur, ut supra, de test. l. Ex eo. Item impuberes omnibus civilibus officiis, sed & publicis debent abstinere;*

F f f 2

Tri-

\* Pand. Florent. habent, *causæ conjectio*, quæ & vera lectio est; verum Latini interpretes, & Græci etiam legunt, *causæ conjunctio*, quos & hic Auctor videtur sequutus.

Tribunatum tamen numeri jure potest impubes adipisci, ut *C. de test. milit.* l. Licit.

ULPIANUS Libro III. ad Sabinum.

III. *Eius est \* nolle, qui potest velle.*

IDEM Libro VI. ad Sabinum.

IV. *Velle non creditur qui obsequitur imperio patris, vel domini.*

Eius est nolle qui potest velle, hoc est, ei patet licentia volendi, qui habet potestatem nolendi. Potestatem volendi non habet, qui potest cogi ut velit, qualis est filius, servus, perituri, si non fecerint quod imperatur. Cum ergo velle coguntur, nolle non permittuntur. Inde est, ut servus, filius delatam sibi hereditatem velle compellantur adire, non permittantur nolle. Similiter dominum defendere coguntur, defensionem negligere non permittuntur. Sin autem hominem occidere, vel injuriam facere dominus, vel pater jubeat; hoc non compellantur velle, imo permittuntur, & imperantur nolle. Ea quippe, quæ atrociora sunt, & velle & nolle possunt, [ut *supra, de actionib. & obligat.* l. Servus non, ] Similiter ex novo jure filius familiæ delatam sibi hereditatem, reculante patre, potest adire; pater eam cupiente, potest spernere: ergo & hoc nolle, & velle potest ex æquitate potius, quam de juris rigore.

De facto tamen & velle & nolle possunt; sed & de jure eorum vel servorum exigitur velle, ut *supra, de solut.* l. Stichum. §. Uium. sub fin. & *supra, de fideicomm. lib.* l. Sed si. Potest enim servus etiam jubente domino nolle adire, ut *C. de hered. instit.* l. Cum proponas. *in fin.* Item de jure potest & velle; nam si quis iussus est dare servo, sine voluntate servi domino dans, non liberatur. Sed & cum servus est adjectus, sine hujus voluntate domino solvi non potest, ut *supra, de solut.* l. Stichum. §. Usuumfructum. verific. Idem resp. Item servus, cui libertas fideicommissio relicta est, alii ut ab eo manumittatur, invitatus tradendus non est, ut *supra, de fideicomm. lib.* l. Invitus. & §. l. *instit. de eo, cui lib. bon. addic.*

PAULUS Libro II. ad Sabinum.

V. *In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent: nam furiosus nullum negotium contrahere potest, pupillus omnia, tutore auctore, agere potest.*

Furiosus nullum negotium contrahere potest, etiam curatore auctore; [ vendere tamen in dilucidis intervallis potest, & contrahere, testamen-

tum condere.] Pupillus, qui tamen fari potest, omnia negotia, tutore auctore, potest agere: nam & stipulari potest, promittere, emere, hereditatem adire; [ non citra decretum alienare, vel manumittere sine vindicta pupillus potest. ]

Sed & sine tutore, si intelligat, suam conditionem meliorem facere potest, non tamen adire, nec hereditatem tutori, se auctore, restituere, ut *supra ad Trebell. l. i. §.* Fuit. Gravare non potest nisi in eo, quod vel naturaliter obligatur interdum; & si sit locupletior, civiliter urgetur.

ULPIANUS Libro VII. ad Sabinum.

VI. *Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.*

Qui hanc igitur ad substitutum sibi vulgariter transtulit, quasi heres non sit, actionibus hereditariis non utitur; qui autem pupillariter substitutum accepit, actionibus hereditariis interdum experietur, & convenietur. Sed & is, cui per fiduciū aliquis subtilituitur pro parte, quam retinet, sicut heres, experitur, & convenietur. [ Sed & si suspectam dixit, non convenietur. ]

POMPONIUS Libro III. ad Sabinum.

VII. *Jus nostrum non patitur eundem in paginis & testato & intestato deceisse: earumque rerum naturaliter inter se pugna est, testatus & intestatus.*

Nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedit, quia si de semisse quem institueris, de alio semisse neminem: totus as in semisse continetur; de toto itaque testatus intelligitur. Ex polo facto autem contingit pro parte intestatum fieri, [ ut *C. de inoff. testam.* l. Cum duobus.] Sicut si institutus, duobus intendentibus querelam, alterum superaverit; ab altero vietus fuerit. Miles vero & ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest [ ut *instit. de hered. in tit.* §. Hereditas. ]

Institutus ex re una, ut *instit. quib. mod. testam. infirm.* §. Sed & si, ex ase institutus intelligitur.

POMPONIUS Libro IV. ad Sabinum.

VIII. *Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt.*

Sanguinis, idest, cognitionis jura, quia natura, nullo jure civili, ut emancipatione, adoptione, tolli possunt, [ ut §. ult. *instit. de leg. agnat. tut.* & sup. *de cap. minut.* l. Eas obligationes.] Naturalem enim rationem civilis ratio corrumpere non potest. Agnationis vero jura, sicut & patria potestas, quæ sunt civilia jura, alio

ci-

\* Flor. lectio, non nolle. Quam ex testimonio Fabri ad hanc z. l. Aut. Aug. lib. i. Emend. cap. 2. restituti primus, & approbavit.

civili jure, ut adoptione, & emancipatione tolli possunt. Cum enim adoptione contingat tantum agnatio, non etiam cognatio: consequens est, ut non tollatur pristina cognatio. Sunt tamen quædam civilia jura, ut maxima, & media capitatis dimissio, quæ & jura cognationis tollunt: [ scilicet quoad successionem, non quoad sanguinis causam.]

Sed & usucapio jus naturale, idest dominium absumit, & servitus libertatem judicio nostro non solum adumbrat, sed tollit.

ULPIANUS Libro XV. ad Sabinum.

**IX. Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.**

Cum enim quis reus defertur, lege Julia, vis privatæ, vel publicæ, si judex pronunciaverit eum vim fecisse, minor lex, idest, de vi privata sequenda est, [ *supra, de pœn. l.* Si præses. ] Sed in sententiis arbitrorum, quorum primus condemnavit in XV. secundus in X. tertius in quinque, minori summa statut, idest quinque, [ *ut supra de arbitr. l.* Diem. §. Si plures. ] Patet ergo hoc dictum esse in diversis verbis judicis, vel arbitri, vel legis; nam & vendori obscura verba nocent, sicut stipulatori, in quorum fuit potestate legem apertius dicere, [ *ut sup. de pact. l.* Veteribus. & de contrah. empt. l. Labeo scripsit. & de verb. oblig. l. Quidquid adstringendæ. ] Si autem cum causa agitur, obscura verba ab auctore ponantur; id, quod ei utilius est, accipiendum est, idest, ut auctori potius credatur quam reo, [ *ut supra, de judic. l.* Si quis. ] hoc est, ut id quod auctor senserit, petitum videatur, alioquin semper negabit reus se consenserit.

Nocent equidem verba obscura, ut si stipulatur quis ita: dabis mihi decem, aut quinque? quinque debentur; dabis Calendis Februariis, aut Martiis? perinde est, quasi eo tempore stipulatus sim: post annum, aut biennium dabis? post biennium debentur, ut *supra, de verb. oblig. l.* Si ita. 12. & 109. Interdum tamen pro stipulatore fit interpretatio, ut si sim a te stipulatus omnem vestem muliebrem, vel quod non prohibebis me uti domo; nam nec ea, qua pro virili promissor usus est, excipietur; & si uxorem, aliosve, quibus utor, domo prohibueris, teneberis, ut *D. de verb. oblig. l.* Si mihi. *l.* Si stipulatus fuero. eod. Sed & pro venditore fit interpretatio; quia si vendidit hanc vel illam rem, vel si Stichum dixerit accedere, in arbitrio vendoris erit, quam rem velit tradere, vel quem Stichum velit accedere, ut *supra, de contr. empt. l.* Si in emptione. & de actionib. empt. *l.* pen. §. 1.

PAULUS Libro III. ad Sabinum.

**X. Secundum naturam est, commoda cujusque rei cum sequi, quem sequentur incommoda.**

[ Sed non convertitur: nam mulier, pupillus, licet successionem capiant, non subeunt tutelas,

nisi mulier casualiter. ] In qua causa sunt heredes & hereditatis possessores, & fideicommissarii universitatis, & agnati, qui sunt habituri commoda hereditatis, quia sustinent onera tutelarum, [ *ut instit. de leg. Patronor. tut.* ]

Vendores tamen evictionis incommodum sentiunt, non tamen commodum alluvionis, ut *D. de evict. l.* Ex mille. Item deficiens relictum quod dicitur *pro non scripto*, apud eum, a quo relictum est, cum onere, nisi perraro, remanet; ita quod onus impositum heres, aut legatarius *nisi perraro* non sentit: puta si iussus erat legatarius, in cuius persona deficit relictum, defunctum sepelire, vel causa pietatis aliud agere, ut *C. de caduc. toll. l. unic. §. In primo.*

POMPONIUS Libro V. ad Sabinum.

**XI. Id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.**

Factum nostrum intelligo, cum nos ipsi tradimus, vel alius voluntate nostra, ut procurator, creditor, exactor publicus, cuius factum nostrum est, cum pro evictione teneamur, pretium redditum emptori. Sed & usucapio nostrum factum est; nam qui permittit usucapi, intelligitur alienare, [ *ut supra, de verb. signif. l.* Alienationis. ] Princips tamen, vel fiscus, [ vel serenissima Augusta, ] si rem nostram ut suam distrahit, alienare intelliguntur, [ *ut instit. de usucaption. §. Edicto D. Marci. C. de quadriennii præscript. l.* Bene a Zenone. ]

Sed & sine facto nostro proprio dominium transfertur ad alium, ut cum societatem contrahimus, arrogationem subimus, monachi sumus. Sed & hoc idem fit in re nostra: propterea si rei meæ, quam tibi donavi, aut vendidi, ulumfructum excepero, aut rem meam sciens a te conduxero: hoc ipso, sine ullo meo facto in te dominium transfero, ut *C. de donat. l.* Quisquis. & *D. de rei vindic. l.* Quædam. Interdum quoque licet ego non transfero, propter factum tamen meum, idest delictum dominium jure a me transfertur, & illud amitto, puta in vestigali commisso, & in tacito fideicommisso, ut *D. de public. l.* Commissa. & *D. de jure fisci. l.* Imperator. *C. unde vi. l.* Si quis in tantam.

PAULUS Libro III. ad Sabinum.

**XII. In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur.**

Intelligentes conditionem impletam, ubi defecit, ut in ea, quæ fuit instituta, si nuberet, & neque per eam stetit. E contrario defecisse, quæ impleta fuerat, ut *C. de instit. & substit. l. 1.* intelligentesque vulgarem substitutionem porrigit ad pupillarem & in plerisque aliis, [ *ut C. de instit. & substit. l. 1. & l.* Generaliter. & tit. de his, quæ sub modo. *l. 1. & supra, de vulg. & pupill. substit. l.* Jam hoc. ]

ULPIANUS Libro XIX. ad Sabinum.

XIII. Non videretur cepisse, qui per exceptionem a petitione removetur.

Qualis est is, cui legatur aliquid; sed voluntas testatoris postea mutatur, [ut *D. de legat.* l. 1. Si ita, §. 1. & *de adim. leg.* l. 3. in fin.] Huic similis est is, cui res aliena relinquitur, quam testator suam esse credebat, qui profecto exceptione removetur: nisi sit uxor, vel altera proxima persona. [*C. de legat.* l. Cum alienam.] Hæc exempla in relictis; sed in contractibus potest exemplum dari ejusmodi: si quis per metum extorsit stipulationem, non videtur accepisse, id est cepisse, quia potest removeri exceptione.

POMPONIUS Libro V. ad Sabinum.

XIV. In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur.

[In omnibus obligationibus, pure scilicet conceptis, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur.] Nisi locus adjectus spatium temporis inducat, quo illo perveniri possit, [supra de verb. oblig. l. Eum, qui. §. Quotiens.] Sed si spondeas ita, hodie dari: hodie debetur, quasi inserto die, non differendæ conditionis causa, sed quo præfens ostendatur.

Item nisi inducat res ipsa dilationem, veluti si partus, vel fructus futuros quis promisit, ut supra, de verb. oblig. l. Eum, qui interdum. Item is, qui constituit se solutum, habet spaciū X. dierum, ut supra, de const. pec. l. Promisor. Nam in constituta etiam sine die pecunia dierum X. spaciū tacite inest, ut supra, de const. pec.

PAULUS Libro IV. ad Sabinum.

XV. Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

Cum fructus omnes ad eum pertineant, nisi quatenus permittitur bonæ fidei possessori pro cultura & cura. Actio quoque l. Aquilæ ei competit, quæ sua natura solum dominum appellat.

Fructus tamen postea perceptus a bona fidei possessore fit suus, remque, de qua contra se actio est, post litem contestatam usucapit ipse bona fidei possessor, sed non prescribit. Item & bona fidei possessor etiam contra dominum publiciana, seu in rem actio datur, sed utilis ut *D. de rei vindic.* l. Si a Titio.

ULPIANUS Libro XXI. ad Sabinum.

XVI. Imaginaria venditio non est, pretio accidente.

Cum enim premium sit verum, non simulatum, vera est venditio; licet postea premium remittatur, totum, vel pro parte. Cum etsi ab initio

viliori pretio res donationis causa distrahitur, venditio valet. Inter virum & uxorem facta venditio viliori pretio nullius momenti est, si cum animum vendendi maritus non haberet, idcirco venditionem commentus est ut donaret, [ut supra, de contrah. empt. & vend. l. Si quis donationis.]

IDEM Libro XXIII. ad Sabinum.

XVII. Cum tempus in testamento adiicitur: credendum est, pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promissoris gratia tempus adiicitur.

Sive in testamentis, sive in stipulationibus tempus adiiciatur, credendum est pro debitore adiectum videri, ut ante tempus solvens possit liberari; nisi mens testatoris fuit, ut tunc demum non ante daret. Tunc enim quasi donaverit, ab eo, quod relictum est, non liberatur.

POMPONIUS Libro VI. ad Sabinum.

XVIII. Quæ legata, mortuis nobis, ad heredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus. Nam & sub conditione stipulantes omnimo eis adquirimus, etiam si liberatis nobis potestate domini, conditio existat.

Ea, quæ legantur pure, vel in diem certum, moriente legatario ante persecutionem eorum ad heredem transeunt. Si autem in potestate legatarius est, potestatem habenti queruntur, sive maneat, sive de potestate decedat. Hoc tamen ad jus vetus referimus; nam quod ad novum, parenti solus ususfructus queritur. Verum quæ legantur sub conditione, vel in incertam diem, quæ conditionis instar obtinet, defuncto legatario ante conditionem, vel diem, nec heredibus competunt, nec parentibus obveniunt. Minusquoque legatario ante conditionem, vel diem manumissori non queruntur, etiam existente postea conditione, vel die. [Nisi a parentibus transmittantur ad liberos: tunc enim isti ad suos transmittunt etiam ante conditionem, ut *C. de his, qui ante apert. tabul.*] Diversum est in stipulatione: nam si sub conditione stipuleris, & moriente te ante conditionem ad heredem spem transmittis, & manumisso ante conditionem ad manumissorem eandem spem transfundis. Diversitatis fore illam rationem quia in stipulatione opera tua deprehenditur, in legato nec verbum tuum perpenditur.

ULPIANUS Libro XXIV. ad Sabinum.

XIX. Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus: hereditas

*autem hoc imputari non potest, cum non spon-  
te cum legatariis contrahit.*

Cum alio contrahens vel est, vel esse debet conscius conditionis ejus: ne sit inops, ne filius familiæ, ne servus, & similiter. Heredi autem, qui cum legatariis quasi contrahit non sponte, hoc imputari non potest. Solvens ergo legatum cuicunque legatario etiam servo, vel prodigo, vel furioso, vel similibus, liberatur, dummodo dolore non faciat.

Creditor tamen deceptus non vana simplicitate excusatur, ut *D. ad Maced.* l. Si quis. Nauta, qui non habet plenius deliberandi consilium, ut *D. de exercitor.* l. Utilitatem. in princ.

Ad §. Non solet.

*Non solet exceptio doli nocere his, quibus volun-  
tas testatoris non refragatur.*

Ac sic petens legatarius rem sibi legatam, quam defunctus scivit alienam, vel alii obligatam, non potest illa exceptione removeri: *Si lueris, si de-  
functus rem suam legavit.* Similiter si creditor debitori legavit liberationem; nam ei petenti rem, quam obligaverat, non obstat doli exceptio. Idem est si debitor rem, quam obligaverat, creditori legavit. Nam & post solutionem pecuniæ rem petet, nec removebitur exceptione, [ nisi debitor compensare voluit, ut *supra, de legat. lib.* II. l. Creditorem, cui. & *C. de legatis.* l. Creditor.]

Vel aliter: Non solet nocere doli exceptio quibus voluntas defuncti non refragatur, licet verba diffonent: Nam voluntas prævalet. Ecce enim si quis servo, qui in ventre portabatur, fideicommisso, vel directam reliquerit libertatem, & plures nati fuerint, omnes liberi erunt. Sed & si testator rogaverit heredem, ut unum ex pluribus liberis Arethusæ manumitteret, & obierit, itaque nullum manumiserit: illius heres omnes manumittere debet, ut *C. de fideicomm. libert.* l. Cum inter. l. Si quis. eod.

POMPONIUS Libro VII. ad Sabinum.

XX. *Quoties dubia interpretatio libertatis est,  
secundum libertatem respondendum erit.*

Si enim servus liber esse jussus, postea legatus sit, siquidem evidens sit voluntas testatoris, quod ademit libertatem, legato cedit. Quod si in obscuro sit: favorabilius respondendum est, liberum fore, ut *D. de manum. test.* l. Si peculum. & *de fideicomm. libert.* l. Si quis. l. Si servus.

Si tamen ut plures Stichos habens Sticho libertatem dedit, nec apparet de quo senserit, neuter liber erit, non jure deficiente, sed probatio, ut *supra, de manum. test.* l. Cum ex pluribus.

ULPIANUS Libro XXVII. ad Sabinum.

XXI. *Non debet, cui plus licet, quod minus  
est, non licere.*

Cum ergo filiofamilias militi liceat facere testamentum, licebit & codicillos.

Curiali tamen licet donare, non licet vendere, ut *C. de prædiis curialium.* l. 3. Sed & venditori licet vinum per corbes effundere, tamen non in suos usus convertere, ut *supra, de peric.* C. comm. l. 1. Hereditatem quoque institutus licet totam possit admittere, non tamen partem, ut *C. de jure delib.* l. Quidam. Dominus quoque qui velit quædam negotia transferre, non omnia; procurator hanc inconstantiam recusabit, ut *supra, de procurat.* l. In causæ. Et nominibus a tutore contractis, pupillus aut omnibus stabit, aut ab omnibus recedet, ut *supra, de adm.* tut. l. Cum queritur. Item emptio rei mobilis collata in provinciale magistratum nec consensu, nec voluntate venditoris confirmatur, adeoque nec donatio multo magis, ut *C. de contract.* judic.

ULPIANUS Libro XXVIII. ad Sabinum.

XXII. *In personam servilem nulla cadit obli-  
gatio.*

Jure quidem naturali quo liber est, servus naturaliter obligatur. Civili vero, quo neque civis est, neque civiliter obligatur; dominum vero de peculio ex suo contractu jure prætorio obligat, ex delictis privatis noxaliter. Ex publicis autem delictis, naturaliter & civiliter obnoxius constituitur, ut *supra, de nox.* l. 1. C. seqq. & tit. de pecul. l. Nec servus. l. 9. §. Sive autem. & de act. C. obligat. l. Servi.

Non cadit obligatio, subaudi, civilis, ex quæ nedum servus manens, sed nec etiam liber factus conveniri potest. Excipitur, nisi pro libertate pecuniam promiserit, ut *C. an servus* C. l. 3. vel cum fit liber contra rigorem juris: tunc enim compellitur rationem reddere, ut *C. de petit. her.* l. ult. Sed & noxalis seruo facto libero fit directa. Sed & servus manens, in liberali judicio experitur & convenitur, *supra, de proc.* l. Servum. de lib. caus. l. 14. Item in momentario, ut *C. si per vim,* & in causis criminalibus *supra, de accus.* l. 5.

Ad §. Generaliter.

Generaliter probandum est, ubicumque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domi, vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

Ubi ex locatione aliquid promitto me factum, ut ædes arbitrio tuo, vel procuratoris tui: tale debet esse arbitrium tuum, quale boni viri. Idem in societate, & in aliis bonæ fidei judiciis. Nam si ita contracta societas est, ut tu, vel alius par-

partes societatis constitueret, arbitrium boni viri sequendum est. Alter forte est in judiciis stricti juris, quasi inserti tantum viri arbitrium sequendum sit. Si autem vendidero, vel locavero tanti rem, quanti ille aestimaverit, ejus tantum, & non alterius continetur arbitrium. [Nisi immensus esset excessus], quasi aliud sit, cum substantia contractus, ut cum de pretio, vel de mercede conventione confertur in certi viri arbitrium. Aliud vero est cum adminiculum, ut est operis approbatio, & partium constitutio: nam & sine his potest contrahi locatio & societas.

ULPIANUS Libro XXIX. ad Sabinum.

XXIII. Contractus quidam dolum malum dum taxat recipiunt; quidam dolum & culpam. Dolum tantum, depositum, & precarium: Dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum. Item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. In his quidem & diligentiam. Societas & rerum communio & dolum, & culpam recipit. Sed hæc ita, nisi si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus in singulis contractibus. Nam hoc servabitur, quod initio convenit. Legem enim contractus dedit: excepta eo quod Celsus putat non valere, si convenerit, ne dolus praestetur. Hoc enim bonæ fidei judicio contrarium est: & ita utimur. Animalium vero casus, mortes, quæque sine culpa accidunt: fugæ servorum, qui custodiæ non solent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, imperus prædonum a nullo praestantur.

Contractus quidam dolum recipiunt, quidam dolum, & culpam. Precarium & depositum ex ordine coercent dolum tantum: culpam tamen dolo proximam contineri quis merito dixerit. Plane post interdictum redditum oportebit dolum & culpam, & omnem causam venire in hoc interdicto: sicut in deposito culpa praestatur, cum quis se deposito obtulerit, vel depositionis pretium acceperit, vel cum sui causa apud eum deponitur. [Sive cum ita convenerit, ut supra, depositi. l. 1. §. Si convenit. & §. Sæpe. & supra, commodati. l. Si ut. §. Nunc videndum.] mandatum, pignus, venditio, locatio, dotis datio, tutela, negotiorum gestio, societas, & rerum communio & dolum, & culpam puniunt. In omnibus prædictis ita est, nisi nominatim convenit, plus, vel minus aliquid praestari. Legem enim omnes contractus ex conventione accipiunt: si modo non convenerit, ne dolus praestetur. Hoc bonæ fidei contrarium est. Plane fortuiti casus, ut rapinæ, incendia, quæ tamen sine culpa contingunt, in nul-

lo bonæ fidei judicio praestantur, nisi, ut supra diximus, ex pacto, vel ex culpa, sive vitio. Interdum tamen negotiorum gestor de solo dolo tenetur, ut si accelfit ad deserta negotia, ut supra, de neg. gest. l. 3. §. Interdum.

PAULUS Libro V. ad Sabinum.

XXIV. Quatenus cuius intersit, in facto, non in jure consistit.

[Agentis ex certo contractu quod interest in facto, non in jure consistit.] Cum interesse alicui praestatur, ut emptori, cui res vendita non fit tradita: judex aestimare debet damnum vel lucrum, jure per se nihil aestimante vel disponente: non enim jus disponit quatenus intersit. Illud plane disponit, ut aestimatio ejus quod interest singulatiter, duplum ejus quod interest communiter non excedat, nisi casus aliud inducat, [ut in animali contagioso.]

POMPONIUS Libro XI. ad Sabinum.

XXV. Plus cautionis est in rem, quam in personam.

Uberior cautio est habere rem obligatam, & personam principaliter, quam personam duntaxat. Huic æquipollit. Melius est pignori incumbere, quam in personam agere.

Prætoriæ stipulationes personam desiderant, ut supra, de stipul. prætor. l. Prætoriæ, 7.

ULPIANUS Libro XXX. ad Sabinum.

XXVI. Qui potest invitæ alienare, multo magis & ignorantibus, & absentibus potest.

Qui potest aliquibus invitæ, ut creditoribus, pupillis, adultis, alienare, multo magis & ignorantibus, & absentibus potest. Ipsorum tamen iuri non præjudicatur: quippe cum suo onere res transfertur.

Duo tamen judges ex tribus, licet invito tertio, eodemque præsente, possunt judicare, non tamen eo absente, ut supra, de re jud. l. Duo. 39.

POMPONIUS Libro XVI. ad Sabinum.

XXVII. Nec ex prætorio, nec ex solemnis jure, privatorum conventione quicquam immutandum est, quamvis obligationum causæ pactione possint immutari, & ipso jure, & per partiæ conventi exceptionem. Quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur: nisi runc, cum inchoatur actio, inter eos convenit.

Actionum quædam de jure solemnis, id est civilis, quædam de jure prætorio manant. De jure

civili, ut furti nec manifesti: de jure prætorio, ut furti manifesti, vi bonorum raptorum, injuriarum. Si ergo pacifcar, ne furti nec manifesti agam, si feceris: de solemni jure aliquid immutare cogitavi, sed non potui. Quemadmodum si pacifcar, ne furti manifesti, ne vi bonorum raptorum, neve injuriarum agam: de prætorio jure nihil immutavi. Forma enim juris publici, quæ exigit maleficia coerceri, nullumque ad delinquendum invitari, pactis privatorum convelli non debet. Plane si pactus sum post admissa hæc, ne furti manifesti jam facti, ne vi bonorum raptorum, neve injuriarum factarum agam; causæ obligationum possunt immutari & tolli, aut ipso jure, ut injuriarum, & furti actiones, [ut supra, de pactis. l. Si tibi. 10. §. Quædam. & l. Si unus. §. Pacta.] Aut exceptione, ut legis Aquillæ, ut vi bonorum raptorum & aliæ similes. Actionum ergo competitur arum modus a legibus, vel a Prætore introductis privatorum pactionibus non infirmitatur, quia circa eas versatur Prætoris imperium. Actionibus autem competentibus privata pactione resistitur, quia cuique licet suo iuri, hoc est jam sibi competenti renunciare, pactione facta sive ante exordium causæ, sive in ingressu judicii.

ULPIANUS Libro XXXVI. ad Sabinum.

XXVIII. *Divus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos.*

Veduto etiam ære alieno; nec evictio præstanda est solo pacto.

Ut socius, donator, maritus, qui equidem & si pacifcatur ut in solidum conveniatur, sibi non præjudicat, ut supra, solut. matrim. l. Alia. In solidum tamen maritus tenetur, si dolo defit posse facere. Sed & cavere debet, quod si pervenerit ad meliorem fortunam, solidum dabit, ut C. de rei ux. act. l. Rem in præsenti.

PAULUS Libro VIII. ad Sabinum.

XXIX. *Quod initio viriosum est, non potest trahu temporis convalescere.*

Si enim dominus heres instituitur, legatum pure relictum ejusdem domini servo convalescere non potest; licet diutius vivente testatore exierit de heredis potestate, [ut Inst. de legat. §. An servo.] Hoc iaque ad testamentum, vel alias ultimam voluntatem pertinet, non ad contractum, qui certe potest temporis continuatione firmari.

Sed excipitur, quia stipulatio pura si ab initio non valet, cum ex præsenti vires accipere debeat, nulla est, ut supra, de verb. oblig. l. Inter stipulantem. §. Sacram. Actio si ab initio non est nata, postea non nascitur, ut supra, de fur. l. Servi. Sed & licet testamentum & institutio ex post facto vires non capiant; legatum tamen ab initio ratione personæ inutiliter relictum ut a filiofamilias, vel servo, postea sit validum, si facti

*Tom. II.*

sui juris postea perseveraverint in illa voluntate, ut supra, de legat. lib. III. l. 1. §. Sed si filiofamilias. Item legatum ab initio inutile ratione rei fit validum, puta, cum res primum sua desinit esse sua, ut supra, de reg. Caton. l. 1. §. Item.

ULPIANUS Libro XXXVI. ad Sabinum.

XXX. *Nuptias non concubitus, sed consensus facit.*

Affectione, sequente tamen ductione fit matrimonium. Ducta vero & absenti secundum voluntatem ejus vera fit uxor, & debet lugere ipsum in Tiberim devolutum, & mortuum, dum forte a coena rediret, antequam se illi immisceret, [ut D. de ritu nupt. l. Denique.]

Aliquando tamen in matrimonio, ut inter imparis honestate personas, & si quis cum concubina sua connubium contrahere voluerit, necessario scriptura exigitur.

IDEM Libro XLII. ad Sabinum.

XXXI. *Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit.*

Quod facti est, sicut nulla juris constitutione mutari potest, ita nec pacto, nec stipulatione tolli potest. Unde si pacto, vel stipulatione pronostici sine dolo Stichum non esse mortuum, qui decelerat, vel non esse moriturum, qui vivebat: factum mortis, quæ jam contigit, vel quæ contingere debet, pacto, vel stipulatione tolli non potest. Quod enim impossibile est, pacto comprehendendi non potest, ut utilem actionem, vel utile factum possit efficere. Nam eorum pactorum prætextu non potest actio intendi, nec servus desinet mori. Quod factum, id est, desinere mori, hoc est, perpetuo vivere, esset satis utile.

IDEM Libro XLIII. ad Sabinum.

XXXII. *Quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur, non tamen à jure naturali: quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt.*

Servi pro nullis habentur, quia non civilia munera gerant, nec alios sibi obligant, nec se aliis. Jure vero naturali, quo omnes homines aequales sunt, & obligantur, & obligant, unde alios dominis, aliis dominos jure prætorio obligant, [ut supra, de pec. l. Nec servus.]

In maximis tamen criminibus testificantur, in momentariis judiciis experiuntur, in criminalibus causis & experiuntur, & conveniuntur. Sane nec jure prætorio dominos obligant, si pro extraneis intercedant, vel novandi animo promittant.

G g g

Tunc

Tunc enim pro nullis habentur servi, ut *inst. quib. mod. toll. oblig.* sed nec in jure interrogare, interrogative possunt, ut *supra, de interrogatione. in jur. l.* Si sine. §. 2.

POMPONIUS Libro XXII. ad Sabinum.

XXXIII. *In eo, quod vel is, qui petit; vel is, a quo petitur, lucrificatus est, durior causa est petitoris.*

Si is, a quo petitur; & is, qui petit, de lucro contendunt, veluti de donatione ejusdem rei collata in utrumque, vel de re legata utriusque; durior est causa petitoris: nam inter omnes quibus ex simili causa debetur, occupantis melior est conditio, [ut *supra, de re judie. l.* Inter eos. vel creditor in possessione sit, & donatarius ab eo petat.]

ULPIANUS Libro XLV. ad Sabinum.

XXXIV. *Semper in stipulationibus & in ceteris contractibus id sequimur quod actum est. Aut si non appareat quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est.*

Quia id, quod agitur, pro cauto habendum est, veluti, ut vinum vetus reddatur pro veteri, non novum, [ut *supra, si cert. pet. l.* Cum Quid,] Si non apparet, quod actum est, sequimur quod in regione, in qua negotium factum est, frequentatur. Si ergo in provincia aliqua assida dupla stipulatio est ex empto, agi potest ut dupla promittatur. Ea enim, quae moris & consuetudinis sunt, in bona fidei judiciis debent venire, [ut *supra, de redhibit. l.* Qui si nolit. §. Quia assida.] Si ergo regionis mos non appareat certus, quia fuit varius, ad minimam summam redigenda res est, veluti ut vel simila promittatur.

Sequimur quod actum est, dummodo de jure agatur, hoc est, ne ultra modum lege statutum pro diversitate personarum usuræ exigantur, ut *supra, de usur. l. 1, in princ. C. de usuris l.* Eos. Sane in relictis aliquibus plus valet quod scriptum est, *supra, de usur. leg. l.* Si alii.

IDEM Libro XLVIII. ad Sabinum.

XXXV. *Nihil tam naturale est, quam eo generare quidque dissolvere, quo colligatum est. Ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur.*

Quod verbis contrahitur, veluti stipulatio, contraria verbis tollitur: ut per acceptilationem.

Sed & quod aliis modis contrahitur, potest in Aquilianam stipulationem deduci, & per acceptilationem ipso jure dissolvi. Si autem quod aliis modis contrahitur, sine stipulatione Aquiliana accepto feratur, valere potest jure magis pactio- nis, & exceptionis, si id actum est, quam acceptilationis, [ut *supra, de pact. l.*] Si unus, §. Sed si stipulatus. & tit. de rescind. vendit. l. Cum emptor. ] Quod autem consensu contraactum est, re integra, contrario consensu dissolvitur. Et hoc ipso jure. Sed & re tradita tibi, si convenerit mihi tecum, ut re mihi redditâ pretium non dares, definis pretium forte jure exceptionis debere.

Inutilis acceptilatio valet ad exceptionem, sed non inter prudentes juris; tunc enim nihil ageretur, nec quoad pacti exceptionem; sed inter imprudentes, ut *supra, de accept. l.* An inutilis.

POMPONIUS Libro XXVII. ad Sabinum.

XXXVI. *Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.*

Veluti adire hereditatem, quasi ad se pertinen tem, vel invadere rem quasi suam, quæ sic aliena: cum omnes debeant scire, quod suum non est, ad alios modis omnibus pertinere, [ut *C. unde vi. l. ult.*]

Interdum laudabile est & rem alienam deper ditam, nec pro derelicta habitam, de terra, mari, accipere, & reponere, animo restituendi, non lucri faciendi, ut *supra, de furtis. l.* Falsus. §. Sed si neque. Et ab eo, qui tibi metum incusit, te liberare, ut, *supra quod met. caus. l.* Metum. §. Animadvertisse. Sed & negocia aliena bene gerere.

ULPIANUS Libro LI. ad Sabinum.

XXXVII. *Nemo, qui condemnare potest, absolu vere non potest.*

Is solus habet potestatem absolvendi, qui si res urgeat, habet potestatem condemnandi. Executor igitur qui condemnare non potest, nec absolvere potest, sed dictam sententiam exequi.

POMPONIUS Libro XXIX. ad Sabinum.

XXXVIII. *Sicuti poena ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset.*

Actionibus, quæ sunt ex maleficiis, heres non tenetur, nisi lite contestata contra defunctum. Si quid tamen ad eum pervenit, tenetur ad id restituendum: turpia enim lucra ab heredibus sunt extorquenda, [ut, *supra de calunnia.*]. In heredem. ]

IDEM Libro XXXII. ad Sabinum.

XXXIX. *In omnibus causis profacto accipitur id, in quo quis alium perhorrescit, quominus fiat.*

Ut

Ut contingit in eo, qui propter metum judicis non appellavit. Jure enim appellationis nihilominus res ejus agitabitur, contestatione litis proposita intra dies legitimos, quibus appellare licet, [ut C. de his, qui per metum judicis non appellaverit. l. His.]

Et corruptor aestimatur, factumque censetur furtum, ubi per servum bonum remansit, cui malitia persuadebatur, ut C. de fur. l. Si quis. Verum non semper hoc aestimatur. Quid enim si quis de nocte furem videns occurere, expavit? illum sua visione manifestum non fecit? Sed & si quis prohibitus est statuere jus iniquum, licet id fiat per alium, id est, ut non sit statutum, non incidit in edictum. Sed & si libertus temere patronum vocaverit, steteritque per patronum, ut non venerit, libertus poenam non commisit, ut supra, de in jus voc. l. Quamvis.

IDEM Libro XXXIV. ad Sabinum.

XL. Furiosi, vel ejus, eius bonis interdictum sit, nulla voluntas est.

Eius, cuius bonis interdictum est, nulla voluntas est. Proinde alienare non potest, vel alienanti consentire.

ULPIANUS Libro XXVI. ad Edictum.

XLI. Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

Inde est quod reo dilatio amplius quam semel facile non tribuatur, & actori facilius denegetur, [ut supra, de dilat. l. ult. C. de dilat. l. 1.]

Si tamen in dubio sit, quis servus judicio petitus sit, actori, non reo creditur. Reus enim semper negaret, ut supra, de verbis obligation. l. Inter. §. 1. Sed & ubi quis promisit Ephesi, vel Capua, post moram arbitaria actio actori dat electionem, ne si detur reo, nulla fiat actoris actio, ut supra, de eo, quod cert. loc. l. Arbitria.

§. I. In re obscura melius favere repetitioni, quam adventitio lucro.

Si enim spe futurae numerationis, facto chirographo, quis se obligavit, & putans se omnifaciam teneri, solverit: iple intra biennium repetens potius audietur, quam adversarius adventitium & indebitum naturaliter lucrum retinere cupiens. Sicut & creditores audiendi sunt adversarii legatarios venientes, qui legata percepient ab herede, qui fecerat inventarium, & cui nihil fuerat residuum. Cum satis absurdum est, creditoribus jus suum quidem per sequentibus legitimum auxilium denegari: legatariis vero qui pro lucro certant, suas partes leges accommodare.

Hæc tamen ita si pro repetitione vel modicum faciat. Nam si nihil pro repetitione facit, tutius est relinquere penes postletem, quam repeti. Quia auctore non probante reus obtinet. Et res et-

iam possidens alienas mala fide non nisi auctori implenti suam intentionem restituere cogitur. Sed si quis post cautionem metu extortam sponte solverit, repeteret volens, non auditur, C. qui met. caus. l. 2.

CAJUS Libro IX. ad Edictum provinciale.  
XLII. Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantie, an id, quod petetur, deberetur. Fidejussores quoque non minus, quam heredes, justam ignorantiam posse sunt allegare. Hæc ita de herede dicta sunt, si cum eo agetur; non etiam si agat. Nam plane qui agit, certus esse debet: cum sit in potestate ejus, quando velit, experiri: C. ante debet rem diligenter explorare, C. tunc ad agendum procedere.

Successores juste possunt ignorare an id, quod exigitur, debeatur: fidejussores similiter. Non ergo tanquam in mœra fuerint, statim exiguntur usuræ, vel aliae accessiones. [ Successoris tamen ignorantia defuncti vitia non excludit rei coherentia, ut sic heres usucapere non possit quod defunctus non potuerit, ut supra, de divers. præscript. tempor. l. Cum heres. Sed & is, cui servitus legata est, vel eo etiam mortuo heres ejus usus non est servitute, tempore statuto amittit eam, ut supra, quemadm. serv. amit. & de tributoria. Et quod ad præscriptiones XXX. annorum etiam heredis ignorantia ut non inducantur, nihil opitulatur, ut C. de præscript. 30. annor. l. Sicut. in fin. Sed & pro. emphiteasi, canon debitus si non sit etiam ab herede ignaro præstitus, jus emphiteuticum amittitur.] Qui autem agit, certus esse debet, & ante diligenter explorare, & post ad agendum procedere: alioquin quasi calumniator habetur, & sportulas reo restituere cogitur.

Interdum tamen post judicium ceptum poterit variare, ut si cepit vendicare, postea ante sententiam tamen postletorum judicium poterit instituere. Idem dictum esto de noxalibus actionibus, & de actionibus furti, & commodati, ut supra, unde vi. l. Cum fundum. Et de noxal. leg. §. ult. & C. de funis. l. ult. & instit. de furis. §. 16.

ULPIANUS Libro XXVIII. ad Edictum.

XLIII. Nemo ex his qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impedit.

Ubi te debere negaveris, etiam post alia defensione, veluti exceptione pacti, vel simili uti non prohiberis, nisi cum lex impedimento est. Si enim negasti te habere in potestate servum, cuius nomine noxaliter conveniebaris, & victus fueris:

alia defensione uti non poteris. Sic cum ipse negas damnum dedisse, post vietus aliam defensionem non habes. Similis est is, qui conventus in rem actione, negat se possidere; nam convictus possidere transferet & possessionem in adversarium; neque quominus transferat, utetur aliqua exceptione. Novo quoque jure debitor inficians numerationem, convictus non potest prætendere solutionem, imo denuo solidum exigitur.

Idem est, cum agitur hypothecaria: si negaverit possessor rem ejus esse, cuius actio alleverat: quo ab auctore probato, statim reus restituit, antequam jus suum proponat, ut in *Authent. de triente & semiss. §. Studium. & supra de rei vend. l.* Is, qui se obtulerit. & *tit. de noxal. act. l.* Elec<sup>tio</sup> neque heredi.

**§. I. Quotiens concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, una quis experiri debet.**

Ut est hereditatis petitio, & quorum bonorum interdictum. Nam utendum est una, ne plures condemnations fiant unius rei nomine: [ ex uno unius fine judicati agimus, quamvis plures possint protestari.] Plura quoque delicta in una re, ut rapina, plures adiungunt actiones, ut furti, & vi bonorum raptorum. Idem de arboribus furtim cæsis agi potest: una tamen, & non omnibus utendum est: nisi forte post eam intentatam, quæ minus continent, intendat eam, quæ plus continent, quod plus est; [ ut cum agitur conditione furtiva, & pro socio, ut *supra, pro socio. l.* Sed si ex causa, & *supra vi bon. rapt. l. 1. & tit. arb. furt. cæsar. l. 1.* ]

Interdum tamen electa una tollitur altera, ut quod metus causa actio per actionem in rem. Sed & alias inveniuntur. Ut si quis solverit, conventus puta actione in factum, de publicanis, ab actione *vi bon. rapt. & furti*, & omni onere exuatur, ut *supra, de publicanis. l. 1.* Atqui si ex pluribus factis plures orientur actiones, etiam si per unam fuit exactum, per alteram quoque exigetur: puta quis servum subripuit, subreptum verberavit, verberatum occidit, & actione furti, & legis Aquiliæ efficaciter convenietur, ut *supra, de privat. delict. l.* Nunquam.

IDE<sup>M</sup> Libro XXIX. ad Edictum.

**XLIV. Totiens in heredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex suo.**

[ Ut in actione rerum amotarum. Et interdicto unde vi, ut *C. rer. amot. l. ult. & supra, de vi, & vi arm. l. 1. §. ult. & l. 2. & 3.* Turpia enim lucra ab heredibus sunt extorquenda. Quotiens ex dolo defuncti convenitur, conditione, vel alia actione: nam ex suo dolo, ut si rem alienam traxit sciens, convenitur in solidum, ut *supra, depositi. l. 1. & tit. de precario. l.* Quæsumus. §. ult. ] Tamen post contestationem, etiam ubi ex delicto agitur, non ex contractu: tunc agitur in solidum: [ sive pervenerit, sive non, ut *infra. l.*

Ad ea, imo & furtiva conditione agitur in solidum contra heredem, & si nihil ad eum pervernit, ut *supra, de cond. fur. l.* In conditione. Sed ex contractu aliquando actio contra heredem non datur, ut *infra. de perpet. act. §. Aliquando.* ]

IDE<sup>M</sup> Libro XXX. ad Edictum.

**XLV. Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque, emptio, neque locatio rei sue consistere potest.**

Potest tamen debitor rem suam a creditore rogare preclaro, quasi possessionis magis sit preclarum, quam proprietatis, [ ut *supra, de pignorat. l.* Si pignus mihi. Et *tit. de acquir. possess. l.* Si aliquam. Et *tit. de precar. l.* Certe. §. ult. ] Emptio quoque & locatio sue rei respectu possessionis, vel sub conditione fieri potest [ pure, minime, sicut & nemo potest condicere rem suam, vel ex iam stipulari sibi dari præter quam a fore. ]

Prædicta tamen omnia ita verum est non consistere, si ea accipiuntur ab errantibus dominis, tunc enim ex his actionem oriri contra accipientem. Verum si res sit in dubio, possessionem debet prius restituere conductor, & postea de proprietate litigare, ut *C. locati. l.* Si quis. Sed & nullo modo preclarum rei sue, conductiove, nec respectu proprietatis, nec possessionis valere potest, ubi vel is, qui accipit, errat. Sane si quis sciens rem suam ab alio, ut a creditore debitor, preclaro rogarerit, preclarum licet non proprietatis gratia, possessionis tamen valebit intuitu, ut *supra, de precario. l.* Certe. Quid ergo si dominus ex certa scientia rem suam a non domino, qui causam a se non habet, conduxit? Profecto ex conductione ista, quæ excedit aliarum conductionum naturam, dominus esse definit, & dominium in eum, a quo rem conduxi, sive cuius nomine tenere incipio, transfertur, ut *supra, de rei vend. l.* Quædam. Quo equidem casu conductio talis illico ubi facta fuerit, definit esse conductio rei propria, & fit, sive facta est conductio rei alienæ.

**§. I. Privatorum conventio juri publico non derogat.**

Veluti si quis emat ea lege, ne tributa agnoscat.

Si convenerit ut creditor pignus non vendat, vel ut pignus die statuta, debito non soluto, creditoris efficiantur, ut *supra, de pactis. l.* Inter debitorem. Hodie tamen posset, si venditor suscipiat onus, emptore non existente solvendo, ut *in authent. de mand. princ. cap. 8. §.* Non permittas.

CAJUS Libro X. ad Edictum provinciale.

**XLVI. Quod a quoquo poenæ nomine exactum est, eidem restituere nemo cogitur.**

Si enim rem meam dolo possidere desisti, in estimationem condemnaris, quam restituere non compellor, licet postea rem recepero. Similiter si me-

*Si meus debitor, qui contra me habet exceptionem, impetravit jus iniquum, ne debitor ejus uteretur exceptione, aduersus me exceptionem non prætenderet, & quod eo nomine solvitur, non repeteret, [ut supra, de solut. l. Stichum. §. Dolo. & tit. quod quisque juris.]*

Sed nec creditor, si quid a debitore, eodemque fure furti actione percepit, licet alias vel debito imputare, vel restituere debeat; hoc tamen lucifaciet, ut supra, de pign. act. l. Si pignore, Hæc locum habent, ubi poena ex maleficio venit; sane si ex contractu agatur, poena exæcta, rei cessabit repetitio, & e contra, ut supra, pro socio. l. Quod si ex stipulatu, & supra, de act. empt. l. Prædia.

ULPIANUS Libro XXX. ad Edictum.

XLVII. *Consilii non fraudulentis nulla obligatio est. Ceterum si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit.*

De consilio, quod tibi do, et si tibi non expedit, non teneor, quia liberum est cuique explorare an expeditat consilium. Dolo interveniente, de dolo convenior: sed & si servo tuo persuasi ut fugeret, ut aliis eum subriperet, furti tenor, quasi ope & consilio meo furtum factum sit, ut supra, de furt. l. Qui servo,

Sed & citra dolum reus forte sio, affectans dare consilium, quod nedum alii dare, sed nec etiam mihi sumere noverim; præsertim ubi ille, cui dederim, alias facturus non fuerat, nec forte res, locus, tempus plenius patiebatur deliberandi consilium, ut supra, de exercitoria. l. 1. tunc enim consilium forte mandati nomen assumit. Porro nec ubi quis malitia facturus est, illius laudando augeri malitiam oportet, quia vulgo dicitur, lauda follem, & facies eum currere, ut de serv. corrupt. l. 1.

§. I. *Socii mei socius, meus socius non est.*

Idest, non ex eo solo quod sis socius socii mei, socius meus es. Cum enim societas consensu contrahatur: socius meus esse non potest, quem ego socium habere nolui, [ut supra, pro socio. l. Qui admittitur.]

PAULUS Libro XXXV. ad Edictum.

XLVIII. *Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit judicium animi suis: ideoque brevi reversa uxor, nec divertisse videtur.*

Quod ex iracundia, levitateve procedit, & sic inconsulto, ratum habendum non est. Cum etsi imperatori ex levitate maledicatur, contemnitur, servis iratum dominum permansum, non coactetur. Item si inconsulte divorantium mittitur, deinde brevi reverti uxor, nec divertisse videtur, & ideo nil tale ratum habetur, nisi ex perseveran-

tia judicium animi suisse detegatur.

Irasci enim proprietas naturalis est animæ, & naturale quidem est, in qua iracundia si fuerit perseveratum, crimen admittitur, unde scriptum est: *irascimini & nolite peccare: & sol, non occidat &c. ad Ephes. & Horat.*

*Ira furor brevis est, animum regre, qui nisi paret Imperat.*

ULPIANUS Libro XXXV. ad Edictum.

XLIX. *Alterius circumventio alii non præbet actionem.*

Cum enim procuratori tuo, vel tutori, curatore circumventus promisi, aut condemnatus fuisti: aut nullam habes actionem, aut excluderis per exceptionem.

Imo circumventus experitur, circumveniens convenitur. Regula ergo ista sic exaudiatur: alterius circumventio, id est, si quis, puta Titius, circumvenit alium, ut Sejum, alteri, id est tertio, ut Pamphilo, non datur actio. Sed & si quæ ei competebat, ejus non mutilatur petitio. Ecce enim pacto debitorum contra alterum in solidum creditoris non paratur actio, neque ejus contra singulos mutilatur actio. Alterius tamen circumventio, aut dolosa persuasio, ut quis alteri injuriat, furtum faciat, furtum passo, injuriamque actionem parat, licet non pariat, ut supra, de injuriis.

PAULUS Libro XXXIX. ad Edictum.

L. *Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest.*

Culpa caret dominus, qui scit delinquere servum, sed prohibere nequit; vel quia longe manet, vel quia servus eum contemnat, ideo dominus ex scientia hac, quasi longe differat a patientia, non tenetur in solidum, sed noxaliter.

Nisi culpas reus possit argui, forte quia antequam delinqueret, percepit, vel percipere potuit & debuit servum delinquere velle; tunc domino imputabitur, & in solidum urgebitur; maxime si actio ex contractu descendat, ut supra, locati. l. Videamus. & l. antepenult. Sed & publicanus non valens exhibere servum, tenetur in solidum cum debuit eligere idoneum ad illud ministerium, ut supra, de publican. l. 3.

CAJUS Libro XV. ad Edictum provinciale.

LI. *Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere.*

Aliud enim est capere, aliud accipere. Capere enim cum affectu accipitur, accipere, & si non sic accepit, ut habeat. Et ideo non videtur quis capere quod erit restituturus. Sic nec perverniſſe videtur, quod non est permansum. Quamquam enim quis victus de hereditate, non præstabit quod ex fideicomisso alii restituit, quasi nec

nec ceperit, quod apud eum non remansit, [ ut supra, de verb. sign. l. Aliud est capere. & tit. de per. her. l. Nec ullam. §. Is autem. & §. Idem. & l. Quod si in diem. §. Idem Julianus scribit. & l. Utrum. & tit. de heredit. vel act. vend. l. Venditor. §. 3. vers. Illud tenendum.]

Sed nec id naclus quis videtur, quod retinere non potest, ut supra, de acquir. possess. nec amisisse quod potest recuperare, ut supra, quod met. Sed & si quis sic solverit, ut recuperet, non videtur solvisse, ut supra, de solut. l. Qui sic solvit. Excipitur filius, qui utique estimatur capere, licet pater debeat quæsitorum a filio, ut fruatur, possessionem habere. Item si quis pecuniam donet, ut eadem sibi credatur, licet inspecto rigore neutrum videatur; benignius tamen est utrumque valere, ut supra, si cert. pet.

#### ULPIANUS Libro XLIV. ad Edictum.

LII. Non defendere videtur, non tantum qui latitat; sed & is, qui praesens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

Qui latitat, hoc est, qui se turpiter occultat, & qui praesens se non vult defendere adversus persecutionem extraordinariam, ut fideicommissi ab intestato relieti, aut non vult tuncipere actiones ordinarias, ut conditionem certi, videtur nec defendi, & ideo bona ejus, ut contumacis & possideri poterunt, & venundari, [ ut supra, ex quib. caus. in possess. eatur. l. 2. & supra, de procur. l. Sed & haec. ]

Quia videtur non defendi: si istud infinitum verbum sic intelligatur, & pro una distinctione habeatur. Si vero ex causa publica quis abiuerit, ejus bona possideri poterunt, sed venditio differtur, ut C. de restit. milit. l. Ignorare. Imo defendere procurator videtur, licet contra proprietatem verbi, quod patitur adversarium in poitectionem venire, ut supra, de procurat. l. Sed & haec. §. Defendere. in fin.

#### PAULUS Libro XLII. ad Edictum.

LIII. Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est.

Qui tutus exceptione pasti, vel doli, vel Sen. Coni. Vellejani, sed ignarus solvit, potest repetere. Nam Macedoniani exceptione tutus post solutionem non repetit, eo quod odio creditoris sit comparata. Verum si conscientius praedictarum exceptionum solvit, quia donasse videtur, non repicit, [ ut supra, de cond. ind. l. Qui exceptionem. & l. 1. & l. Quod quis. & C. de cond. ind. l. Cum qui debitum. & supra, de inoff. testam. l. Eum, qui. ]

Si tamen filius familias cum stipulanti promisisset, & postea, vel per errorem juris, id est putans se teneri, vel etiam conscientius solverit, repetit. Idem inter conjuges sibi donantes, posteaque donatum tradentes. Sed & si minor etiam cum tute prædium se traditurum promiserit, ipsum-

que etiam conscientius, vendicat & repetit, si possessionem tradidit.

ULPIANUS Libro XLVI. ad Edictum.  
LIV. Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet.

Qui enim dominus est, dominium transfert ad succellem rei, vel juris; & qui bona fidei possessor est, possessionis continuationem; & si quid onus rei immineat apud auctorem, residuebit apud succellem. Plane, ut saepius diximus, procurator domini voluntate rem vendere potest; creditor ex pacto, vel ex lege, executor publicus, focus, imperator diversis rationibus dominium transferunt, licet domini non sint, [ ut supra, de acquir. rer. domin. l. Qua ratione. l. Traditio. & C. de jure dominii. l. 2. & in tit. quibus alien. licet, vel non. & tit. de usucap. ]

Item in re sua quis alii servitutem dare potest, licet eam non habeat, ut supra, de usufr. l. Quod nostrum. & bona fidei possessor alii conditionem usucapiendi praestare; licet ipse forte, quia titulo caret, non possit usucapere. Item patronus nocens, qui etiam in jus temere vocari potest, ad filium innocentem hunc transmittit honorem, ut supra, de in jus voc. l. Adoptivum. §. Sed si. Sed & posterior creditor, quod ipse nihil de vendendo pepigerat, succedens in locum prioris, qui vendere poterat, ipse quoque vendere poterit: saepe enim quis per alium habet, quod per se ipse habere non potest, ut supra, quæ res pig. l. Aristo.

#### CAJUS Libro II. de Testamentis ad Edictum Urbicum.

LV. Nullus videtur dolo facere, qui jure suo utitur.

Ut si pater, dominus filium, aut servum corripiat; senior juniores propinquum: dum tamen medicina non excedat modum. Sed & si re communi quis utatur, dolo facere non videtur: quod credendum est, plerunque eum, qui partis dominus est, jure potius suo uti, quam furti consilium inire. Si tamen per fallaciam evidentem amovit, furti tenetur [ ut C. de emend. propinquor. & supra, pro socio. l. Rei communis. l. Merito. ]

Creditor tamen qui in fraudem creditorum alienat, licet dominium transferat: pater quoque, qui in officio donat; mulier quoque infra annum nubens, ultraque tertiam viro in dotem praebens, dolo ii non carent, licet jure suo utantur; id est, quod suum est alii praebant. Dolo quoque facit haeres, qui vetat statuliberum de peculio suo dare implendæ conditionis causa, licet jure suo utatur: id est de jure vetare potest; sed tamen tanquam non jure faciat, libertate obtingente cum per statuliberum non stet, ab eo, cui pecunia danda fuerat, haeres poterit conveniri, ut supra, de cond. ob caus. dati. l. Dedi. §. ultim.

IDEM

IDEM Libro III. de Legatis ad Edictum Urbicum.

LVI. Semper in dubiis benigniora preferenda sunt.

Quare de uxore, quæ aliquid quæsivit, præsumitur ex benignitate (si aperte non demonstraverit aliunde quæsiisse) a viro ad eam pervenisse. Similiter benignius est aestimare communem esse filium, si apertissime non probetur esse alienum. Hoc quoque benignius est aestimare puerum patientem controversiam status & hæreditatis, ut rebus hæreditariis, forte alienis, quam fame perire, [ut supra, de donat. inter vir. & uxor. & C. de donat. inter vir. & uxor. & etiam supra, de his, qui sui, vel alieni juris. l. Filium. & C. de Carb. edit.].

Sed & si pater res filiæ habens, ipsam dotare promiserit, sive simpliciter, sive ex rebus suis & filiæ, si tamen idoneus est, de suo tantum cogitur dotare, ut C. de dotis prom. l. ult. Aliquando tamen, quod benignius est, non præsumitur. Ecce enim si quis plures Stichos habens dixerit in testamento, Stichus liber esto, nec apparet de quo senserit: dicetur neutrum fore liberum, cum ex benignitate debeat dici vel alterum esse liberum, vel utrumque, ut C. de fideicom. penult. l. Sed & si mulier habens filium obligatum cujusdam hominis, quem ipsa fuerat in virum acceptura, futuro viro dixerit, quod mihi tu debes, filiusve tuus, sit tibi in dotem: esse dotem id quod minus est; id est, quod actione de peculio peti poterat, tantum in dotem esse intelligetur, ut supra, de jure dot. l. Si pater filiæ. §. 1.

IDEM Libro XVIII. ad Edictum provinciale.

LVII. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

Quapropter si legatarius, celato testamento, ab herede, vel ab alio consequutus est aestimationem per interdictum, de tab. exhib. quam consequi debuit, si conditio extiterit, etiam pendente conditione: deficiente quoque conditione, non restituit, quia poena contumaciae præstatur ab eo, qui non exhibet, & poenæ non solent repeti, cum dispensæ sunt. Si postea legatum petat, non est audiendus. Sin autem de aestimatione alium convenit, alium de legato, non est repellendum. Quod ergo dicitur non esse idem bis exigendum, subaudiendum est, ab eodem; & hoc ita, nisi voluntas defuncti probetur alia.

Interdum tamen ab eodem bis idem recte exigitur. Ecce enim si quis post solutionem a debitoru suo in se collatam denuo ipsum debitorem per judicem convenerit, & ipsum in probatione solutionis deficientem sibi condemnari obtinuerit, bis eundem debitorem, & idem debitum exiget. Item si quis conventus, & numerationem inficiatus, postea solutionem prætenderit, etiam si sol-

verit, denuo solvere compelletur, ut C. authent. de non num. pec.

ULPIANUS Libro II. Disputationum.

LVIII. Ex penalibus causis non solet in partem de peculio actio dari.

Si tamen filius fuerit de maleficio condemnatus, pater judicati actione magis convenitur, quam de peculio, ut supra, de nos. l. Et si. spectanda magis judicati actione, quæ est ex quasi contractu, quam obligationis origine,

IDEM Libro III. Disputationum.

LIX. Heredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cuius fuit defunctus, constat.

Hoc verum est in omnibus his, quæ defuncto competebant ad rem vel spem, excepto legato sub conditione relieto, cuius spes non transmittitur ad heredem [nisi lite contestata, ut C. de cad. toll. & supra, de injuriis. l. Injuriarum actio.]

Aliquando tamen majoris est potestatis, quippe usucapit quod defunctus usucapere non potuit, ut supra, de divers. præscript. l. An vitium. Actio item ab herede incipit, quæ decessori competere non potuit, ut supra, de divers. C. ut act. & ab hered. & contr. hered. Inst. de inutilib. stipul. §. Post mortem. Item heredis ignorantiae in his, quæ defunctus fecit, parcitur; quoniam & alieni facti ignorantia tolerabilis error est, ut supra, pro suo. l. Usucapio. constatque, quia non ignorantia, sed consensus obligat, ut C. de jur. & facti ignor. l. Non idcirco. Item heredi tutoris, & curatoris parcitur, ne heres culpa defuncti tenetur, nisi post litem cum defuncto contestatam, vel nisi cum damno pupilli lucrum captatum sit, vel gratiæ sit præstitum, ut C. de hered. tutor. l. l. Aliquando quoque minoris est potestatis heres quam defunctus, ut in sacramento hereditario, quod equidem multum distat a principali, ut C. de reb. cred. & jurejur. l. Generaliter in princ.

IDEM Libro X. Disputationum.

LX. Semper qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit quod gestum est, obstringitur mandati actione.

Ubi pro me præsente intervenseris, si non recuso, mandare videor. Ut & cum pro me absente intercedis postea ratum habentes, æque mandati actione adstringor. Quid ergo? dicitur mandati actio non posse competere, nisi ubi antecesserit mandatum. Hic mandatum præcessisse præsumo. Idem, si mandatarius non suscepit, sed postea poenitentia ductus, mandatum implevit: [alioquin datur negotiorum gestorum.]

Qui ratum habuit negotium, adstringitur, inquam,

quam, aetione illa, quæ vocatur *mandati*, si tamen mandatum præcesserat: ubi mandatum non præcessit, *negotiorum gestorum*, & convenietur, & experietur, si tamen suo nomine negotium gestum est. Illud enim demum negotium potius facere meum ratihabitione, ut experiar, convenienter, quod meo nomine gestum est, ut *supra*, *de calumniatorib.* l. 2. Alioquin tamen in subsidium venditionem rei meæ ratam, etiam non meo nomine factam faciens, pretium peto: puta si rem vendicare non valeo, vel quia usucapta est, vel quia non comparet, ut *C. de rei vend.* l. Mater. Hæc equidem recte in negotiis dicuntur. Et in maleficiis rectius ratihabitio mandato comparatur. Si enim maleficium tuo nomine factum ratum habueris, convenieris, ut *supra*, *unde vi.* l. 1. Item rei meæ a quocumque venditione facta etiam non nomine meo, licet non possum facere ratam, ut experiar convenienter; tamen si alias ratam habeo, mihi præjudico, etiam si facta fuit, cum essem minor; sed si modo major factus ratam habeo, vel tacite, ut si peto, vel accipio præmium, vel de evictione caveo. Sed & si successero vendenti, queri non valeo. Sed & si cum minor fueram, quis rem meam venderit, vel donavit, submovebor silentio alias XX. alias X. alias V. annorum, ut *C. si major factus.* l. Si quando.

## IDEM Libro III. Opinionum.

**LXI.** *Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet.*

Facere & reficere domum nemo prohibetur: Officere autem nemo permittitur alteri, id est, ut officiat, jus non habet. In suo enim haec tenus facere licet, quatenus in alieno nihil immittat. Cum & in suo cædere ita lapides non liceat, ut in alienum fragmenta cadant. Allas sic, *in quo jus non habet*, id est, in quo servitutem non habet. Nam si servitutem habet, & eo invito, & cum ejus damno facere potest.

## JULIANUS Libro VI. Digestorum.

**LXII.** *Hereditas nihil aliud est quam successio in universum jus, quod defunctus habuit.*

Quod tamen jus personæ tantum non cohaesit, id est, quod personale non fuit. Si ergo plures fuerint heredes unius, in jus universarum rerum succedunt singuli, & sic in universum: non tamen in solidum, cum duo successores unius non possint esse in solidum.

## IDEM Libro XVII. Digestorum.

**LXIII.** *Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.*

Sine dolo facit qui non est certus se debere, & tamen ex causa necessaria ad judicium provo-

cat, [ ut *supra*, *de usuris.* l. Si quis. & si certus per. l. Quod te. ]

## IDEM Libro XXIX. Digestorum.

**LXIV.** *Ea, quæ raro accident, non temere in agendis negotiis computantur.*

Ex his, quæ forte uno aliquo casu accidere possunt, veluti de resurrectione Lazari, jura non constituuntur. Non enim jure aliquo expositum est, utrum ejus bona sibi redderentur, vel fororibus permitterentur. Ex cauia tamen necessaria, & de his, quæ raro accident, constituuntur jura, veluti de eo qui nascitur ad monstrum, prodigium ve declinans; & de his, qui uno utero tergeminus prodeunt, vel quaterni proveniunt.

Ea, quæ raro accident, non temere computantur, id est, non imputantur: ut si quis negotia absentis geliterit, non imputabitur ei, quia novum & insolitum negotium non exercuit. Cum e contrario ei imputaretur, si novum negotium exercisset, ut si vasa vitrea emisset, & dominum læsisset, ut *supra*, *de neg. gest.* l. Si negotia. Item si damnum solis fervore non adiuto acciderit, non imputabitur conductori, ut mercedem debeat, ut *supra*, *locati.* l. Ex conducto.

## IDEM Libro LIV. Digestorum.

**LXV.** *Ea est natura cavillationis, quam Græci σωρτην appellant, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.*

Cavillatio est quasi deceptoria argumentatio, cum ab eo, quod verum est, ad id venitur, quod evidenter falsum est, sicut in hoc exemplo. Res divinae nullius in bonis sunt; at quod nullius in bonis est, occupanti conceditur: sic divinae res occupanti tribuuntur. Est autem brevissima mutatione, medii termini dissimilis enunciatio: cum in propositione verbum *Nullius* ad hominem referatur, in assumptione ad hominem pariter, & ad Deum.

Evidenter accipe exemplum. Personæ, quæ sunt sui juris, aliae sub tutela sunt, aliae sub cura. Assumo. Tutela autem est potestas: ergo quæ sunt sui juris, sunt & alieni juris. Item audi evidentiorem cavillationem. Actio ad exhibendum datur ei, cuius interest, ex honesta causa & pecuniaria. Altum: mea autem interest valde honeste, & pecuniariter libros tuos mihi exhiberi, ut doctior & melior efficiar: ergo mihi debes exhibere. Non recte procedit illatio, ut *supra*, *ad exhib.* l. penult.

## IDEM Libro LX. Digestorum.

**LXVI.** *Marcellus: Desinit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab aequitate naturali abhorrentem.*

Qualis est exceptio pacti, rei judicatae, pecuniae

nix non numeratæ. Abhorret autem, & longe est ab æquitate naturali exceptio, quæ datur ei, qui jus iniquum impetravit, & quæ datur filiofamilias, qui mutuum accepit; qui si solverint, non repetent, quasi debitores non desinant esse, [ut *supra*, quod quisque jur. l. penult. & tit. ad *Maced.* l. Sed si pater.]

Imo habet exceptionem a naturali æquitate abhorrentem, qui natus est talem, quæ potest elidi. Ergo per contrarium ille dicitur natus exceptionem a naturali æquitate non abhorrentem, qui natus est talem, quæ non potest infringi.

*IDEM Libro LXXXVII. Digestorum.*

**LXVII.** *Quorius idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior est.*

Ecce verbi gratia naturales liberi disuntur ad differentiam legitimorum, & ad differentiam quoque adoptivorum. Cum ergo lex dicat, quem naturalibus non posse, quantum velit, largiri, bastardos, ut sic dixerim, intelligo; cum autem dicit naturales, hoc est, qui ex te & uxore tua nascuntur, esse in potestate tua, legitimos accipio.

Imo cum lex dicit consuetudinem abrogare legem, intelligo non scriptam legem, id est aliam consuetudinem: est enim lex & scripta, & non scripta. Sed & verbum *in solidum* quandoque debet intelligi non prouersus in totum, sed ad differentiam peculii. Ecce enim, si sacer pro dote sibi data convenietur, *in solidum* convenitur; *in solidum* quidem, ad differentiam condemnationis peculio tenus facienda: sed non prouersus in solidum, quia parcitur ei in condemnatione, ut condemnetur dumtaxat in quantum facere potest: id est, habenda ejus ratio ne egeat, ut *C. solut. matrim.* l. Si sacer. Item hoc ipsum *in quantum facere potest*, aliquando intelligitur illam habere significationem *in solidum*, utpote materiæ substantiæ aptiorem, ut *supra, de neg. gest.* l. *Davortio.*

*PAULUS Libro Singulari de Dotis repetitione.*

**LXVIII.** *In omnibus causis id observatur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Ubi vero genus actionis id desiderat, ibi ad quemvis persecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii.*

Persona locum facit beneficio, ut mariti, socii, patroni, uxorū, quorum personæ condemnatur, in quantum facere possunt; successores autem eorum *in solidum*. Genus actionis locum facit beneficio. Ut empti, venditi, & cæferarum bonæ fidei actionum; ubi ad quemcumque persequitio earum devenerit, non deficiat ratio auxilii. Nam quicumque successores sunt, naturales

& civiles actiones persequi possunt. [ Interdum tamen persona locum facit beneficio; & tamen ea subducta, ut patre, etiam filiis communibus dotis repetendæ privilegium dabatur. l. Etiam. *D. sol. matr.* ]

*IDEM Libro Singulari de Assignatione libertorum.*

**LXIX.** *Invito beneficium non datur.*

Licet unicuique enim renunciare his, quæ professe introducta sunt, ut fori præscriptionibus, & aliis privilegiis, [ ut *C. de pactis.* l. Si quis in conscrib. ] Solvens tamen quis pro invito liberat eum, [ *supra, de solut.* l. *Solvere.* ] Etiam in libertatem peti, & invitus potest.

Sed & honor invito datur: pro eo quoque, qui ad poenam libenter properat appellatio porrigitur, ut *supra, de appellat.* l. Non. Sed & invito tutor datur & curator; in casu unico exceptio porrigitur quoque ad principalem reum, quæ datur fidejussori invito reo, ut *supra, de fidejuss.* l. Si stipulatus. & mihi invito per servum meum queritur, ut *supra, de adquir. rer. domin.* l. Etiam. Invito quoque libertas datur, *C. de testamentar. manum.* l. ult. §. Sin quidam. *C. de lib. caus.* l. Principaliter. ibi enim dicit, servum etiam invitum defendi apud præsidem. Sed cum præterea in multis casibus prædicta fallat regula, dicendum est, eam tunc demum loqui, cum nec utilitati, nec voluntati ejus prospicitur, cui donatur. Alioquin, multa bona tribuuntur invitis, quando eorum utilitati, non voluntati consulitur, quia ipsi inveniuntur sibi inimici esse, ut in decretis. *dist. XLV. Cap.* Et qui emendat.

*ULPIANUS Libro I. de Officio proconsulis.*

**LXX.** *Nemo potest gladii potestatem sibi datum, vel cuius alterius coercionis ad alium transferre.*

Proconsul tamen custodiarum cognitionem mandare potest legatis, quod genus mandati extraordinariū est. Sed & præses mandare potest jurisdictionem, & delegatus ab eo exercet modicam coercionem. Praefectus autem prætorio etiam gladii forte potestatem ad alium transferre potest, [ ut *supra, de offic. proncons.* l. Solent. & *tia de offic. ejus, cui mand. est jurisdict.* l. i. ]

*IDEM Libro I. de officio proconsulis.*

**LXXI.** *Omnia quæcumque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.*

Causæ cognitionem desiderant illa negotia, in quibus quæstio cum contradictione referatur. Cum autem æquitati acto magis resistitur; quam juris contradictione, nec constituitur causa, nec desideratur cognitio. Ergo nec decretum; sed de plano expediuntur, veluti sunt hæc, ut obsequium parentibus patronis exhibeat, alimenta prætentur.

JAVOLENUS Libro III. ex posterioribus Labeonis.  
LXXII. *Fructus rei est vel pignori dare licere.*

Rei meæ, quam a te peto, hoc saltem commodum aestimatur, videlicet, ut præstes illam utilitatem, quam habiturus eram, si rem dare pignori licuisset. Quod quia non licuit, pecuniam, quæ mutuo daretur, non inveni, [ut supra, de usuris, & fruct. l. ult.]

QUINTIUS Mutius Scævola Libro singulari opus.  
LXXIII. *Quo tutela redit, eo hereditas pervenit, nisi cum feminæ heredes intercedunt.*

Ubi enim est onus tutelæ ut in agnatis, ibi est commodum successionis. Feminæ tamen & minores tutores non existunt, heredes tamen esse possunt, [ut instit. de leg. parron. tut. matres autem subeunt, ut in auth. de hered. ab intest.]

Melius dici potuit, *Quo hereditas pervenit, ibi quoque tutela erit:* pervenit, inquam, jure legitimo, non ex testamento.

§. I. *Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset.*

Suis heredibus natis & nascituris, id est postmis, dari tutor potest. Alias autem si detur, ex datione tutor non est, sed confirmari potest: veluti si detur filio emancipato, vel filio naturali a matre.

A patrono quoque & patrona, & a prorsus extraneo insituente, sicut a matre; quia & tunc poterit confirmari. Sed hæc est differentia inter matrem & extraneos, quia a matre datus semper confirmatur, nisi aperte esset reprobus: sed ab extraneo datus non confirmabitur, nisi evidentissime inveniretur idoneus. Item nepotibus potest quis dare tutorem: ita tamen, si non fuerant causi in potestatem sui patris, ut supra, de test. tut. l. i. instit. Inutiliter tamen datus nepotibus recasuris, in causam utilem pervenit postea per legem Velleam, supra, de test. tutel. l. 10. §. Qui filium. C. de testam. tut. l. Mater. & C. de conf. tutor. l. ult.

§. II. *Vi factum id videtur esse, qua de re quis, cum prohibetur, fecit. Clam quod quisque, cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit.*

Vi facit, qui prohibitus facit. Clam facit, qui existimat, aut existimare debet, se facientem opus prohibitumiri, ne melioris conditionis sint stulti, quam periti: nisi ubi denunciavit adversario suo, se opus facturum, [ut supra, quod vi, aut clam. l. i. §. Quid sit.]

§. III. *Quæ in testamento scripta sunt, ita ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.*

[Quæ in testamento, vel alio instrumento ita sunt scripta, ut intelligi non possint;] Forte quia sunt deleta, vel quia nullus sit eorum sensus, [ut supra, si tabula testamenti extabunt, ut item supra, de his, quæ pro non script. l. 2.]

§. IV. *Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere potest.*

Hoc regulare est. Sed quia frequens est aliquid extra regulam inveniri, alteri cuin effectu pacisceris, quando tua intersit, veluti procuratori & curatori tuo, te tamen, non illis agentibus. Item filio suo pater, patri filius recte paciscitur. Similiter cum ab alio res tua deponitur ea lege, ut tibi reddatur: & cum alii donatur, ut tibi quandocunque restituatur, ex æquitate utiliter experiris. Amplius, quia singularia præcepta sunt circa pecuniā creditam: si quis tuo nomine crediderit pecuniā tuā, vel tuā: directas actiones, id est, certi condicione, & hypothecariam tibi quæsivit actionem, [ut in instit. de inutil. stip. & C. tit. ad exhib. l. penult. supra, depositi. l. Pubblica. & supra, de verb. oblig. l. Si procuratori. & supra, si certum pet. l. Singulare. & supra, de procur. l. Si procurator. & tit. de const. pec. l. Eum. & C. per quas person. nob. acq. l. 2.]

Tutor quoque pupillo; curator adulto, & quasi curator: ut orphanotrophus procurator Cæsaris, fisci, Cæsari, fisco dicuntur utiliter pacisci. Economus Ecclesie, quasi pupillæ querit actionem; servus quoque paciscitur & domino, & quasi domino; liber quoque bonæ fidei possessori. Item creditor cum vendit pignus, cavere potest debitori, ut ei restituatur quandocunque volenti solvere emptori pretium: quo quidem casu, vel per actionem in factum ab emptore debitor rem recuperabit, ut supra, de pign. act. l. Si cum venderet. Item pater pactus dotem a se pro filia datam nepotibus, ex eo matrimonio restitui, forte emancipatis, forte & ex alia filia natis; vel ex eadem antea, ex alio viro; vel nepotibus ex filio, nec emancipatis: utique utilem actionem querit, ut C. de pact. convent. tam super. dot. l. Pater.

PAPINIANUS Libro I. Quæstionum.

LXXIV. *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*

Veluti per matrem de filiorum statu contra ipsos transigentem: per tutorem, curatorem, procuratorem, forte vendentes quod non expedit: per filium, servumve remittentes quod patri, dominove alius debuit; per alium meo nomine distrahentem, me neque mandante, neque ratum habente.

Item evidentissimum accipe exemplum, puta, si te volentem venire ad prohibendum me opus facere, prohibuerit aliquis sine dolo malo meo; ego interdicto, Quod vi aut clam non teneor, ne sit in potestate aliena facere meam conditionem deteriorem nihil delinquentis, ut supra, quod vi.

l. i.

*l. 1. in fin. & l. 2.* Imo servus meus in peculio, cuius liberam administrationem habet, mihi inquam conditionem ingerit etiam novando, jusjurandum deferendo, sed non donando; in dominicis minime, jam quæsitis, ut *l. Contra. §. Si filius. supra, de pact. C. de pact. l. 3.* Porro in quærendis citra rem meam potest malignando mihi non quærere, cum mihi debeam imputare, & meæ malæ electioni, ut *C. de acquir. possess. l. Ex libris.* Sed si quis rem alterius dissipaverit, nec est solvendo, inquam illi intulit conditionem. Servus quoque meus fugiendo me afficit damno, item maleficium perpetrando seipsum mihi aufert, ut *supra, unde vi. l. 1.*

IDEMLibro III. Quæstionum.

LXXV. *Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.*

Si tui gratia negotium geri mandasti, deinde factis expensis te peniteat, non licet. Sicut & colono non permittitur de jure, quod meo nomine possidet, suo, vel alieno nomine possidere.

Item servus communis, cui jussoram ut mihi stipularetur, ex re mea alii, etiam nominatum domino stipulando nihil agit, ut *C. per quas personas. l. 1.* Item servus communis, procuratorve rem accipiens nomine alterius domini, suove, traditam sibi ab aliquo, ut mihi quæratur, nihil agit in sua persona, vel alterius, ut *supra, de donat. l.* Qui mihi. Sane si neuter id egisset, id est, nec procurator, nec traditor: sibi potuit malignando, mandatumque intervertendo procurator rem, quam accepit, querere. Nec etiam res ex mandato meo empta prius mea mansit, quam tradiderit is, qui emerit, ut *supra, de acquir. rer. dom. l. Res.* Pro fide interrupta a me poterit conveniri, vel ut rem mihi trādat, vel ut interesse actione mandati præbeat. Porro colonus meus, si me non admiserit, vel eum, qui a me emerit, & se possessorem licet malæ fidei fecit, et si a me deiiciatur, interdicō. Unde vi poterit experi, sique colonus consilium suum, quod ab initio propter utilitatem meam assumpit, in meam mutantur injuriam.

IDEMLibro XXIV. Quæstionum.

LXXVI. *In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.*

Animi destinationem desiderat possessionis acquisitio, amissio, hereditatis aditio, rei suæ venditio. Qui ergo furit, vel non sapit, horum, aut similiū nihil agere potest.

Item matrimonia & divertia non nisi animi destinatione, & libera voluntate agi possunt. Sane contra animi destinationem cogitur quis adire hereditatem, ut qui suspectam dixit, quam rogatus est restituere. Item contra animi destinationem cogitur quis vendere, ut servum bonis conditiōibus. Emere cogitur debitor confortis sui par-

tem addictam creditori ex divisionis necessitate; sed socio volenti manumittere servum communem alter cogitur eum vendere, ut *inst. de his, qui sunt suis, vel alien. jur. §. 2. & supra, commun. div. l. 7. §. Si debitor. & C. de communi ser-vo.* Item crimina non nisi animi destinatione agi possunt, & spontanea voluntate, licet ea agenda non sint. *supr. ad l. Corn. de sciar. l. Divus. 14.*

IDEMLibro XXVIII. Quæstionum.

LXXVII. *Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptatio, hereditatis aditio, servi optio, datio tutoris in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem: nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quæ aper-te comprehensa vitium afferunt. Nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit; quæ si verbis nominativis acceptationis compren-datur, nullius momenti faciet actum.*

Actus legitimos dicimus lege introductos; cum aliter dicuntur actus legitimi lege approbati, ut contractus juris gentium. Qui autem lege hac describuntur, partim sunt jure dispositi, ut emancipatio, acceptatio, tutoris datio: partim sunt jure custoditi, ut hereditatis aditio, servi optio; universi tamen vitiantur in totum propter temporis conditionem, vel adjectionem. Nullus enim emancipat, accepto fert, hereditatem adit, servum liberat sub conditione vel in diem. Plane sub conditione, vel in diem tutor relinquitur a testatore; sed a judice non iis modis datur, [ut *inst. qui tut. dar. poss. & supra, de tutel. te-stam.*] Licet autem conditio, vel dies expressa nullius momenti prædictos faciant actus; quandoque tamen tacite insunt, & cohærent, nec vitiant actus præfatos. Si enim accepto feram ei, qui sub conditione promisit, non habebit vires acceptatio, nisi extiterit conditio. Unde contin-git, ut expressa noceant, non expressa non noceant, ut infra ostenditur, [ut *supra, de condit. & demonst. l. Nonnunquam.*]

IDEMLibro XXXI. Quæstionum.

LXXVIII. *Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per ad-versarium habere non potuit, considerandum est.*

Si quem de dolo illato arguo, præstare debet quanti interest. Quod aestimatur, non ex eo, quod haberem, si re utiliusset; sed ex eo, quod habet potuisse, & per adversarium non habui, quod

habere potui. Si ergo animal per fraudem abstulisti, & periit, interim non liberaberis; & id, quod habere potui, id est, vendere, præstabis, licet venditurus non eram.

IDEI Libro XXXII. Quæstionum.

LXXIX. *Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.*

Fraudem facit consilium, non eventus solus, cum & libertates, & alia relata, vel data ita demum revocantur, si non tantum fraudis eventus, sed & consilium deprehendatur. In fideicommissariis autem libertatibus obtinuit duntaxat even-  
tum inspici, [ Item in donationibus, ut C. de in-  
off. don. l. penult. ]

Reperitur tamen, & dolus, qui punitur sine fraude, ut si quis id egit ut servum corrumperet, nec potuit corrumpere; vel cum haberet uxorem, aliam quoque accepit, eum comitabitur infamia, ut C. de adult. l. Eum. & C. de furtis l. penult. Frans quoque si sine dolo inventitur, & ipsa cessat, ut si in contractibus deprehendatur ultra dimidiam. Sed & si pater cum liberos non haberet, omnia donavit filiis natis, postea ex eventu solo omnium fiet revocatio, ut C. de revoc. donat. l. Si unquam.

IDEI Libro XXXIII. Quæstionum.

LXXX. *In toto jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum.*

Generi per speciem derogatur, ut id magis ob-  
neat quod excipitur, id est species, quam genus, ut appareat in proximo exemplo: id est, consilium & eventum spectare, ut revocentur, quæ facta sunt in fraudem creditorum. In fideicommissariis autem libertatibus spectari solum eventum.

Vel ita: aliquis legavit alii vernas, alii cursores; si aliqui servi inveniantur vernæ, & cursores, cursoribus cedunt, ut supra, de legat. 3. l. Servis urbanis, §. ult. cursores enim dicuntur spe-  
cies, quia omnes cursores vernæ sunt, sed non convertitur; & sic cursores derogant vernis, quia illi, qui dicuntur vernæ & cursores, potius cedunt cursoribus, quam vernis. Est etiam quum gene-  
ri non derogatur: invitum enim procurationem suscipere nemo cogitur, ut in lit. mandati. & C. de procurat. l. Invitus, Item ab initio nemo age-  
re, vel accusare cogitur. Item generi huic non credo derogari: liberum corpus non recipit aestima-  
tionem.

IDEI Libro III. Responsorum.

LXXXI. *Quæ dubitationis causa tollenda contractibus inseruntur, jus commune non la-  
dunt.*

*De jure communi est, ut creditor mandatorem,*

vel debitorem, quem velit, eligat. Itaque si con-  
venerit, ut hanc licentiam habeat, quam & præ-  
ter pactum habiturus fuerat, jus commune non la-  
datur. Nam & adhuc, quem prius volet, con-  
veniet.

IDEI Libro IX. Responsorum.

LXXXII. *Donari videtur, quod, nullo jure co-  
gente, conceditur.*

Id quis donat, quod sine necessitate juris ci-  
vilis dat. Nam ex necessitate juris naturalis dare & donare potest. Qui enim antidora dat, & a na-  
turali obligatione se liberat, qua tenebatur ad re-  
munerandum; & nihilominus donat, quia neces-  
sitas juris civilis dare non cogat.

Imo maritus, qui dotem accepit, vel si per eum stetit quominus acciperet, donare propter nuptias cogitur. Pater quoque cogitur dotare filiam: ergo donare. Dos enim donatio est, ut C. de donat.  
propter nuptias. l. ult. Mater quoque haeretica cogitur extra ordinem & dotare prolem suam, & exhibere, ut C. de haeret. l. Cognovimus.

IDEI Libro II. Definitionum.

LXXXIII. *Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit.*

Is rem amittit, cujus propria fuit. Potest qui-  
dem periculum ad alium pertinere, ut ad com-  
modatarium; sed rem amittere non proprie di-  
citur.

Amittere tamen intelligitur, quod suum pro-  
prium non fuit, ut agat, puta si servum meum heredem ab aliquo institutum quis occiderit, quia hereditatem videor amisisse, & propter eam ago. Nempe qui actionem habet, rem ipsam habere videtur. Sed potest dici amisisse is, cujus res fue-  
rit quasi propria; inde est quod actio legis Aquiliæ & fructuario, & creditori, & bona fidei pos-  
sessori dantur, licet res non sit eorum propria, etiam contra dominum, cujus res est propria, ut supra, ad l. Aquiliam. l. Si dominus.

PAULUS Libro III. Quæstionum.

LXXXIV. *Cum amplius solutum est quam debatur, cujus pars non invenitur, quæ repe-  
ti possit, totum esse indebitum intelligitur,  
manente pristina obligatione.*

Id, quod solvit, divisionem quandoque recipit  
pro parte, ut fundus, species, pecunia; quandoque  
non, ut via, iter. Cum ergo fundum solvi, cu-  
jus partem tantum debui, partem repeto. Si au-  
tem viam solvi, cum forte iter deberem, non par-  
tem, sed totum repeto, manente integra pristina  
obligatione itineris.

§. I. *Is natura debet quem, iure gentium dare  
oportet, cujus fidem sequuti sumus.*

Naturali jure simul & civili debet, quem jure gentium dare oportet, veluti is, qui mutuum accepit, [ut supra, si cert. pet. l. Certi conductio.] Qui autem chirographo non secuta numeratione se obligavit, nec natura debet, nec jure gentium eum reddere oportet, licet jure civili teneatur, [ut C. de non num. pec. & instit. de litterar. oblig.] Sed & is, quem jure civili, ut ex causa emphiteusis, & stipulationis dare oportet, quasi naturali jure tenetur.

Interdum tamen quis, imo omnis homo debet maleficium non admittere jure primo, sive naturali inspecto. Nam cum lege naturali, id est jure naturali non debeat homo maleficium, quod est prohibitum, admittere: consequenter dici potest, quia debet & istud, scilicet non delinquere; quippe ex officio, quod homo homini natura debet, omnis homo proximo debet consulere, & non velle insidari, neque nocere, ut D. de iust. & jure. l. Ut vim. Honorem quoque Deo & parentibus natura debemus. Sed & si pacto nudo quid promisero, nec jure civili, nec prætorio, nec jure gentium, ut existimo, debeo; sed tamen natura, id est jure naturali primo. Inde est, quod si illud præstitero, naturali causa, id est mea voluntate inhibente, quæ voluntas naturalis est, repetere non potero, ut supra, quod quisque juris. l. penult.

IDEM Libro VI. Quæstionum.

LXXXV. In ambiguis pro dotibus respondere melius est.

Si pater ex bonis suis & maternis, id est, quæ filiæ sunt quantum ad dominium, dotem promiserit, & idoneus est: de suo intelligitur promissio: licet ambiguum esse poterat, solvens partim de rebus suis, partim de maternis, an possit liberari. Sicut & illud ambiguum esse poterat, si res tradiderit ita, ut nuptiis secutis dotis efficiantur, & ante nuptias decesserit: secuto postea matrimonio, an heredi tuo injungatur necessitas dandi. Est autem benignius & heredem tuum ad hoc coarctari.

§. I. Non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent; licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.

Quæ utiliter ceperunt, valent, licet ille casus extiterit, a quo incipere non potuerunt; ut si pure legatum sit tibi quod in diem, vel sub conditione debebatur, & vivo testatore extiterit conditio, vel dies venerit, quemadmodum, & nuptiæ valent factæ cum ea, quam ego repudiaveram, & post contractas nuptias maritum ejus arrogavi.

Item matrimonium rite contractum antea non vitiatur, licet postea vir senatus factus fuerit, vel alia illustri dignitate decoratus. Item non vitiatur stipulatio, si quis stipulatus ad fundum suum viam, ideoque utiliter, antequam eam habeat decedens plures heredes reliquerit, & sic in

eum casum pervenit, a quo incipere non poterat, ut supra, de servit. rustic. l. Si unus. Sane si stipulatus viam, antequam eam habeat, si cui partem fundi alienaverit, corruptit stipulationem, ut supra, de servit. l. Pro parte. Sed & si quis promiserit servum alienum, isque servus sine vi-  
tio promissoris factus fuerit liber, stipulatio extin-  
guitur, cum pervenerit in eum calum, a quo incipere non potest. Nec restaurabitur prisca obli-  
gatio, licet is postea factus sit servus, ut supra,  
de solut. l. Qui res, §. Si alienum. Interdum ta-  
men extincta obligatio restauratur, ut si fuerit  
extincta per delegationem minoris, vel mulieris,  
restituitur in veterem debitorem, ut supra, ad  
Vellejan. Sed & causa mortis accepto lata obli-  
gatio restituitur, ut supra, de donat. causa mort.  
Sed & si minor, quocum fuerat transactum, re-  
stituatur ad pecuniam, quam dedit, ei quoque, qui  
accepto tulerat, restaurabitur actio, ut C. si advers.  
transact. Item si quid legatum sit servo alieno,  
is si postea a testatore redemptus sit, legatum ex-  
tinguitur. Nam quæ in eum casum pervenient, a  
quo incipere non poterant, pro non scriptis ha-  
bentur, ut supra, de his, quæ pro non script. l. 3.  
Sane notandum est quod legatum ab initio inuti-  
le, puta si legatum mihi sit, quod meum erat tem-  
pore testamenti, convalescit, si illud postea vi-  
vo testatore alienavero, ut supra, de regul. Ca-  
ton. l. 1. & 2.

§. II. Quoties æquitatem desiderii naturalis ra-  
tio, aut dubitatio juris moratur, justis decre-  
tis res temperanda est.

Naturalis ratio moratur intentionem, si petis rem futuram tibi legatam, veluti partum antequam nascatur. Dubitatio juris differt actionem, si petis legatum, cum juste dubitatur an lex Fal-  
cidia locum habeat; justis ergo decretis res tem-  
perabatur, id est interim ab intentione est absti-  
nendum.

Potest & adhuc commodissime exemplificari, expedit enim, quoniam verba obscura sunt. Ecce naturalis ratio omnino æquitatem desiderii dif-  
fert: mortuo patre tuo, te relieto & uxore præ-  
gnante, tu non debebis petere nisi quartam par-  
tem hereditatis paternæ. Fit enim & non perra-  
ro, ut tres nascantur, electa via media est, ut &  
septem nasci possint, ut supra, si pars heredit.  
l. Antiqui. Item in primo locationis articulo stipularius ab operis redemptore pœnam, nisi opus ante diem statutum effecisset, pœnam licet prima facie commissam non poteris exigere, si ante eam diem opus non poterat absolvere, ut D. locati. l. Insulam. Cum dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est: puta dubitantes de jure, id est quod jus nobis com-  
petat, vel interdictum quorum legatorum, vel petitio hereditatis, jus utrumque intendimus; sic & alias duas actiones saepè protestamur, vel ex altera consequunturi, quod nos contingit, ut D. quod. leg. l. 1.

IDEM

## IDEM Libro VII. Quæstionum.

LXXXVI. Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non; sed plerumque melior.

Litis contestatio prodesse auctori confuevit, cum exinde actio perpetetur, & in heredes transeat, & usuraria fiat. Est ergo plerumque melior conditio: quandoque non melior est, ut si antea usuraria erat, perpetua, transitura. Est forte quandoque durior, cum prius habens electionem, amiseris: veluti si rem vendideras lege commissoria, & post tempus litem contestaris per actionem venditi.

Imo perpetua perpetuor fit, ut *C. de præscr. 30. vel 40. annor. l.* Sæpe. Sed & electione fibi quis præjudicat, ut in actione commodati & furti, & in tributoria, & in aliis prætoriis, ut *inst. de furt. §. Quæ de fullone. & supra, de tribut. l.* Quod in herede. §. 1. & *supra, de nox. aet. l.* Si servus communis. Item si quis publicanum convenerit prius actione in factum, non postea poterit eum convenire actione furti, vel vi bonorum raptorum, ut *supra, de publican. l. 1.*

## IDEM Libro XIII. Quæstionum.

LXXXVII. Nemo enim in persecundo detiorem causam, sed meliorem facit. Denique post litem contestatam heredi quoque prospiceretur, & heres tenetur ex omnibus causis.

Idest, obligacionibus, contractibus, & maleficiis.

## Scævola Libro V. Quæstionum.

LXXXVIII. Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.

Non est de mora coercendus is, contra quem nulla dirigitur petitio.

Puta ut exigantur, tanquam sit in mora, usuræ, ut *supra, si certum pet. l.* Lecta. Sane punitur aliquis de mora, a quo nihil poterat peti; pone quod pacto nudo promiserat se quid facturum, & postea subdita sit stipulatio: quod si non fecerit, poenam dabit. Certe postquam fuerit in mora, id est non fecerit, cum facere potuerit, ute pote stipulatione commissa, convenietur de poena, ut *C. de pact. l.* Si pacto, quo poenam.

## PAULUS Libro X. Quæstionum.

LXXXIX. Quandiu possit valere testamentum, tandiu legitimus non admittitur.

Non est locus legitimæ successioni, quandiu spes est successionis testamentariæ [ ut *supra, de acquir. vel amitt. hered. l.* Quandiu. ]

## IDEM Libro XV. Quæstionum.

XC. In omnibus quidem, maxime tamen in jure æquitas spectanda est.

Æquitas in singulis causis & negotiis spectanda est, maxime tamen in jure inquirendum hoc est, an decem pro decem reddi, vel aliquid simile sit æquum: maxime vero inquirendum est, an quolibet jus statutum sit æquum: verbi gratia, lex Fufia, lex Papia &c. Vel dicit, in omnibus professionibus & artibus, maxime tamen in professione juris: nam & in grammaticis, & in dialecticis spectatur, & dijudicatur quod æquitas suadet: utrum quod Plato, an quod Aristoteles senserit, melius sit. Maxime tamen in juris professione, ut dixi, spectatur æquitas, ut judex eam stricto juri præferat. Nam cum jus strictum sit, pacta servari: æquitas autem ex sua distinctione dicat quædam pacta servanda non esse, ut quæ dolo, quæ metu, quæ cum minore, quæ vi, quæve cum foemina, quæ cum filiofamilias facta sunt, judex decernere debet potius secundum æquitatem, id est non esse servanda, quam secundum juris, rigorem & angustias.

Sed & stricta ratione mutuam pecuniam, quam quis a servo acceperat solvens eam postea ipsi facto libero, non liberatur, sed ex æquitate excusat, ut *inst. mand.* Item si fidejussor animal occiderit, cuius nomine fidejusserat, cum reum principalem interitus speciei liberaverit, & sic se per consequentiam de rigore: ne liberetur, profus suo dolo actione utili ex stipulatu tenebitur ex æquitate, ut *supra, de usuris. l. Mora.* Item stricta ratione is, cuius ager fuerat, factus postea alveus, si flumen postea ad veterem alveum redierit, nihil in eo alveo habebit, sed vix est ut id obtineat: obtinet enim contrarium, quia prævalet æquitas, & sic ad priorem dominum, omisso rigore, redibit. Illud sane notandum puto, quod & in jure nostro contra rigorem juris videlicet servitutis pro libertate multa fiunt, ex æquitate, & compendium usucaptionis dominium admittit.

## IDEM Libro XVII. Quæstionum.

XCI. Quotiens duplice jure defertur alicui successio, repudiato novo jure, quod ante defertur, supererit vetus.

Suis heredibus & legitimis, id est agnatis defertur successio civili & prætorio jure. Si autem jus novum, id est, prætorium, quod ante defertur, quam veniarur ad causam, repudietur: supererit vetus, id est civile. Vel ita: repudiato novo jure, supererit vetus quod ante defertur. Eo tamen salvo, quod si institutus causam testamenti omisserit, id est hereditatem ex testamento non admisserit, succedere quidem quandoque potest jure veteri, id est ab intestato: libertatibus tamen & aliis relictis non oblit, [ ut *C. si omis. caus. l.* ]

## De diversis regulis Juris &c. 431

2. & ult. & in jure prætorio quis sibi succedit, ut *D. de Success. edict. §. 11.* ]

### SCÆVOLA Libro VII. Responsorum.

XCII. *Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocere, quominus & reus, & fidejussor teneatur.*

Si erratum est in transcribendis verbis stipulationis vel alterius contractus (transcribit autem qui rectum ordinem non custodit) nihil nocet. Si ergo primum scribit promissionem post interrogationem; nihilominus & reus, & fidejussor obligatur.

Interdum tamen ordinem scripturæ sequemur, ut *D. de fideic. lib. I. Generaliter. §. Quid ergo. Ubi quis plures servos rogatus est manumittere, nec id, quod habuit ex judicio defuncti, sufficit, illos potius manumittit, quos ordo scripturæ demonstrat.*

### MÆCIANUS Libro I. Fideicommissorum.

XCIII. *Filius familias neque retinere, neque recuperare, neque apisci possessionem rei peculiaris videtur.*

Namque pater per eum hæc omnia facit, licet ignoret filium esse in sua potestate; quia sicut servi & animo, & corpore dominus possessionem adipiscitur, retinet, recuperat, sic & pater.

### ULPIANUS Libro II. Fideicommissorum.

XCIV. *Non solent, quæ abundant, vitiare scripturas.*

Ut, arma, virumque cano, spondeo decem vitiare non solent scripturam stipulationis, vel alterius causæ; vel si quis moriens testamentum suum appellavit judicium, aut dispositionem, supremam voluntatem: nam abundans cautela non nocet, ut *C. de test.*

Verbum tamen repetitum reddit lectorem dubium, ut *C. de episc. l. Orphanotrophos.*

### IDEM Libro VI. Fideicommissorum.

XCV. *Nemo dubitat solvendo videri eum, qui defenditur.*

Qui recte defenditur, id est, cuius nomine judicatum solvi satisdatur, solvendo videtur; & sic quod disponit, non rescinditur, quasi inops videatur, vel aliter: licet facultatibus minus idoneus est, qui defenditur, id est cuius nomine judicium suscipitur, quia cautions judiciales interponuntur. Alias enim defensor idoneus non est, nisi satisdederit, & ille quasi totum solvens liberatur, & alter in obligatione reponitur. Quia defensor, cum satisdederit, loco domini habendus est, ac sic judicium accipere cogitur, nec illius inopia excusat, quominus in solidum condemnetur, ut

*D. de procur. cum vero personæ ratio habenda est, ut mariti: sic defensor vivo marito, ut maritus condemnatur, id est, in quantum facere potest, ut habetur in D. de re iud. l. Si cum procurator mariti.*

### MÆCIANUS Libro XII. Fideicommissorum.

XCVI. *In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est eius, qui eas protulisset.*

[ Nisi fuerit legibus contraria, ut *D. de reb. dub. l. Ubi.* ] Sed cum in agendo id, quod actor senserit, petitum videatur, ut cum verba legislatoris sunt ambigua: sententiam ejus sequimur. Veluti cum dicit, contra naturam civem Romanum fieri servum, non intelligitur prohiberi, ut servus non possit fieri civis Romanus, sed ne civis Romanus fiat servus. Alias in judiciis: si enim actor peter do Stichum alium cogitaverit, de alio reus senserit: actori potius, quam reo creditur, quia judicium in invitum redditur. Aliter in stipulatione, quia ex utriusque consensu valet, sicut in *D. de verb. oblig. l. Inter stipulantem. §. Si Stichum.* ] Quod de sententia actoris dixi, idem mihi videtur de sententia libertatis datoris, ut *D. de fideicomm. libert. l. Generaliter.*

### HERMOGENIANUS Libro III. Juris Epitomarum.

XCVII. *Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perveniunt.*

Cum quis deportatur, ejus bona omnia ex regulari jure publicantur. Dos tamen ad fiscum non pervenit, licet de subtilitate juris maritus sit dominus: Sed & dimidium substantiæ suæ reservandum est liberis, si quos habet, qui, vel quæ deportatur. Cum ergo dos ad fiscum non pertineat, dimidium quoque substantiæ liberis sit reservandum: sententia deportationis non possunt videri adempta.

Quinque tamen legibus dos publicatur, maiestatis, vis publicæ, parricidii, beneficii, de fiscariis, ut *supra, de bon. damnat. l. Quinque. Item patria potestas amittitur deportatione; recuperatur enim per in integrum restitutionem, ut infra l. ult. Cod. de sent. pass. & restit.* Sane matrimonium durat perseverantiæ affectione, & in hoc casu, constante matrimonio, dos repeti potest, ut *C. de repud. l. 1. Item ea, quæ non a patre, sed a genere, a civitate a rerum natura perdurant, & ad liberos transmittuntur, licet ea non transmittantur, quæ a patre perveniunt, ubi aliter intestatus decederet. Cognatio quoque, quæ res naturalis est, deportatione non deperit. Sicubi ergo inveniatur cognatio dissolvi, ut *instit. de legit. agnator. tut. sic intelligatur, ut ea dissolvantur cognatio, ex qua prætorio jure ad successiōnem cognati vocantur per bonorum possessionem, Unde cognati.**

### IDEM Libro IV. Juris Epitomarum.

XCVIII. *Quotiens utriusque causa lucri ratio ver-*

*vertitur, is præferendus est, cuius in lucrum causa tempore præcedit.*

Quando duo de lucro, ut de re donata aduersus donatorem configunt, is præferendus est, qui prior venit ad causam ventilandam; nam & in tit. de re judicata, dicitur meliorem esse causam occupantis. Alterum cum duobus res donatur, & traditur: potior enim est is, cui priori res tradita est, ut C. de rei vendic. sive ab eodem domino, sive ab eodem non domino, sive a diversis non dominis res tradita fuerit, & uterque contra tertium configit. Nam quoad eos melior est conditio possidentis: scilicet a diversis non dominis res fuerit tradita. Sed si alteri a domino, alteri a non domino res tradita fuerit, is omnino tuendus est, cui a domino res tradita est.

VENULEJUS Libro XII. Stipulationum.

XCIX. *Non potest improbus videri, qui ignorat quantum solvere debeat.*

Nec in mora videri, sicut & is, qui ad judicium provocat; si sine frustratione id faciat, [ut supra, de usuris. l. Sciendum. l. Si quis. Sed tamen ab emphiteusi cadit ignarus, si infra quinquennium non solverit.]

CAJUS Libro I. Regularum.

C. *Omnia quæ jure contrahuntur, contrario iure pereunt.*

Quæ consensu contrahuntur, re integra, contrario consensu dissolvuntur; quæ verbis, contrariis verbis, ut acceptilatione, pereunt. Sed & quod re, vel literis contrahitur, potest in stipulationem aquilianam deduci, & per acceptilationem tolli. Si autem in stipulationem, quod re, vel alio modo contrahitur, non deducitur, per acceptilationem ipso jure non tollitur, sed per exceptionem submovetur, si hoc actum est. Ut acceptatio, vel pactio potestatem habeat, [ut inst. quib. mod. toll. oblig. & C. quando liceat ab empt. disc. supra, de accept. l. An inutilis.]

Hoc ita, si acceptatio inutiliter sit interposita inter imperitos juris. Nam a peritis inutiliter facta, nec exceptionem præbet. Tunc enim vindentur agere ut agant nihil. Et certe quodcumque tolli eo genere, quo colligatum est, consenteum est. Ecce enim quod re, ut rei traditione contrahitur, contraria re, idest, rei traditione dissolvitur. Item in consensu idem. Sed & quod verbis non scriptis, scriptisve, idest literis contrahitur, contrariis verbis tollitur. Si tamen illa verba contineant delegationem, novationem, acceptilationem, sicut distinxii saepius.

PAULUS Libro Singulari de Cognitionibus.

Cl. *Ubi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo, & primo die venerit, audiendus est. Ita enim & Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit.*

Quem lex dicit inter duos menses esse audiendum, is veniens & sexagesimo primo die auditur, qualis est emptor, cui non cavetur secundum Edictum ædilium. Similis huic est creditor, apud quem fidejussor intercesserit sine scriptura, promittens exhibitionem personæ.

Immo & detracto, \* primo, commodius potest exponi. Qui inter duos audiendus menses etiamsi sexagesimo die venerit, audiendus est; ideo quia ultimus, seu sexagesimus dies duorum mensium pars est.

ULPIANUS Libro I. ad Edictum.

CII. *Qui vetante Prætore fecit, hic adversus edictum fecisse proprie dicitur.*

Vetat prætor parentem, patronum in jus vocari sine venia petita; vetat vim fieri possidenti sine vitio, vetat album suum corrumpi. Qui ergo adversus hæc facit, contra edictum facere dicitur, [ut supra, de in jus voc. l. 3. & tit. jurisd. omn. jud. l. Si quis. l. Si familia. & supra, ut poss. l. l. & C. unde vi. l. 1.]

Pœna tamen editi, idest, quinquaginta aureorum liberto patronum temere in jus vocanti remittitur, si patronus non venerit, aut si volens venerit, & si libertus vocationem remiserit, ut supra, de in jus voc. l. Quamvis.

§. I. *Eius est actionem denegare, qui possit & dare.*

Eius est actionem denegare, idest, absolvere, qui potest dare, idest condemnare.

PAULUS Libro I. ad Edictum.

CIII. *Nemo de domo sua extrahi debet.*

Domus est cujusque tutissimum refugium. Quare de domo invitus non extrahitur; bona tamen eius & possideri & vendi possunt, [ut sup. de in jus voc. l. Plerique. l. Satisque. Et C. de off. div. l. 1.]

Imo licet ubi in jus vocatur, quis de domo non debeat extrahi, tamen alias, idest, si damni infecti cavere nolit, de domo extrahitur, & jubetur exire maxime post secundum decretum, ut supra, de damn. inf. l. 4. §. Si forte. Et l. Si finita. §. Ubi autem.

\* Verius fortasse quis existimet in hac Pauli sententia vocem, primo superesse, inquit Petrus Faber in Comment. ad hanc l. 101, cuius rei rationes & momenta vide ibid. apud illum.

ULPIANUS Libro II. ad Edictum.

CIV. Si duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est; præponenda est causa æstimationis. Ubi autem æquiparant famosa judicia, & si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

Si in duabus actionibus aliquis eidem obligatus est, quarum altera continet majorem summam, sed sine infamia, veluti ea quæ competit de mutuo; alia minorem, sed cum infamia, ut ea quæ competit de mandato: si in solvendo non exprimat in quam causam solvat, in eam disponit jus solvisse, quæ infamiam irrogat. Si autem utraque actio famosa est, pro suo arbitrio accepto fert creditor in quam causam vult.

PAULUS Libro I. ad Edictum.

CV. Ubi cuncte cognitio est, ibi Prætor desideratur.

Quando lex causa cognita quid faciendum dicit, ut de restitutione minorum, de transactione alimentorum, nullæ partes sunt magistratum municipalium. Sed præfes, prætor, vel alias ordinarii magistratus desideratur.

Idem in venditione prædiorum minoris. Tales enim cognitiones mandari non possunt, ut *sup. de transact.* Sane cognitione suspecti tutoris mandari potest, ut *sup. de susp. tut. l. 1.*

ULPIANUS Libro II. ad Edictum.

CVI. Libertas inestimabilis res est.

Non potest libertas per pecuniam æstimari, cum res solæ æstimentur, quæ patrimonio & usui subiiciuntur. Et huic æquipollit quod dicitur, liberum corpus non recipere æstimationem. Quare qui hominem liberum occiderit, præstatione pecuniae non fungetur liberatione.

Quippe libertas nequaquam fatis competenti pecunia æstimatur, licet interdum pena aliqua in vindicam nomine æstimationis injungatur: puta ubi per id, quod in subgranda periculo possum erat, liber homo periit, quinquaginta aurei præstantur. Item si per feras bestias in loco prohibito positas liber homo periit, ducenti aurei dantur. Jure enim nostro, id est Romano, liberi hominis occisi nulla fit æstimatione; quod tamen secus est jure langbardico. Porro libertas nondum obtenta, æstimatione interveniente & pecunia, a servo vel ab alio gerente negotium servi rite comparatur, & queritur, ut *sup. de acquir. her. h. Si servum.*

CAJUS Libro I. ad Edictum provinciale.

CVII. Cum servo nulla actio est.

Servus in civili causa nec agere, nec conveni. Tom. II.

ri potest. In criminali, & accusari & accusare potest, quandoque etiam dominum. Sed & pro libertate adversus dominum consistere potest, sicut & in servitatem vindicari.

Alias cum servo non est actio, id est, ut conveniatur; licet aliquando experiatur, ut superius distinxii, nisi sit servus imperatoris, ut *C. de fisc. caus. l. ult.*

PAULUS Libro IV. ad Edictum.

CVIII. Fere in omnibus pœnaliibus judiciis ætati & imprudentiæ succureitur.

In pœnaliibus judiciis succurritur ætati minori, ut in furto, & in damno, si minor potuit transfigisse, & non transfigit; si de damno potuit confessus esse, & non fuit. Succurritur imprudenti, licet majori: veluti si rem suam per vim rapuit, quasi putans domino licere rem suam per vim auferre a possessore. Hic enim per imprudentiam excusatur, quominus vi honorum raptorum tenetur. In atrocioribus autem delictis, ut in adulterio non succurritur, nisi quatenus miseratione atatis interdum perducit judicem ad poenam mitiorem: & sic fere excipit atrociora [ut *C. si adversus delinquentem. l. infra. &c supra, de minor. l. Si ex causa. l. Auxilium. & instit. de vi bon. rapt.*] ]

Imo contra, minime hoc verum est: nam licet in aliis criminibus subveniatur minori: in adulterio, & cæteris, quæ pro adulterio. Lex Julia punit, nullatenus parcitur minori, ut *supra, de minor. l. Auxilium.* Et est hoc speciale in adulterio, utpote crimine detestabili & per leges & per canones. Sed nec de adulterio licet; de omnibus aliis capitalibus transigere licet. Item jure singulari, minor XXV. annis matrimonii sui violati injuriam persequi potest in judicio, ut *supra, de adult.* Sed & omne aliud peccatum, quod sit extra corpus, levius habetur, & interdum excusat, aut mitius punitur in minore: illud vero in quo quis fornicatur, aut adulterium committit, æqualiter in minore vindicatur, & ideo dicitur fere. Item imprudentiæ non succurritur in lege Aquilia, si medicus vel quis alius affectaverit, quod affectare non debuit, vel non novit. Sed & si quis imprudens possessionem vacantem, tanquam suam occupavit, cum omnes scire debeant quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere, generali jurisdictione tenebitur, ut *C. unde vi. l. Cum quærebatur.* & ideo dicit fere.

IDEM Libro V. ad Edictum.

CIX. Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest.

Dominus, qui non prohibet servum delinquere, cum prohibere non potest, de crimine suo nomine accusari non potest, licet servi nomine tenetur noxaliter. Alias sine non: & refertur ad extraneum. Si ergo extraneus non prohibet quem

delinquere, cum prohibere potest, nullum crimen patitur.

Contra. Ecce enim si quis adulterantem monetam, cum potuerit, non prohibuerit, lege Cornelia de falsis urgetur, ut *sup. ad l. Cornel. l. Lege*. Item frater, qui cognoverat venenum a fratre comparatum ad patris necem, cum patri non indicasset, relegatus recte est, ut *supra*, de *parricid. l. 2.*

IDEMLibro VI. ad Edictum.

**CX.** *In eo quod plus est, semper inest & minus.*

Cum quis decem promiserit, & quinque promisit videtur, & cum quis viam stipulatus est, & ire & agere potest, si velit.

Huic regulæ æquipollit inferior, *in toto & pars continetur*: hoc inquam proprie verum est, in toto integro. Sane in toto prædicabili genus inesse in specie potius, quam species in genere magis proprie dici potest: nempe ubi est homo, ibi & animal. Sed non convertitur. Et si competit condic̄io indebiti vel quæ alia, competit & genus, id est, condic̄io certi.

**§. I.** *Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione.*

Nullus in aliena causa, sicut dictum est, idoneus defensor est, nisi satisdederit, [Si enim vult defendere, & satisdare debet, ut *inst. de satisd. & supra, de procur. l.* Qui proprio. §. Qui alium.]

**§. II.** *Pupillus pati posse non intelligitur.*

Ex patientia sua, qua pupillus paritur in domo sua monetam adulterinam fieri, vel servum alienum celari, vel suum delinquere, non tenetur, nisi pubertati proximus sit, [ut *C. de fals. mon.*]

Juvatur enim pupillus, aut ipso jure aut per in integrum restitutionem, puta læsus, cum contraxit cum auctoritate tutoris, aut per actionem tutelæ, qua persequitur damnum, quod ei contigit tutoris culpa vel dolo; forte quia mero jure cecidit ab emphiteusi non soluto canone, ut *C. de admin. tut. l.* Si tutoris.

**§. III.** *Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum.*

Qui sub distinctione promisit se daturum facturumve hoc aut illud, liberatur, dans faciensque alterum quod mavult.

Alioquin tamen aut pro & accipitur, ut *C. de inst. & C. de verb. sign. l. antepenult.*

**§. IV.** *Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.*

Mulieribus succurritur, cum intercesserunt, sive ipsæ conveniantur, sive ii, qui pro eis intercesserunt, sed non adjuvantur, quando calumniantur,

id est quando in suo negotio intercesserunt, vel quando rem suam obligari patiæ sunt, & decipiendi animo tacuerunt, [ut *C. ad Vellejan. l. 2.*]

Sed aliquando juvantur in agendo, puta ut eis ex integro caveatur, ut *supra*, qui satisd. cog. l. De die. §. 2.

CAJUS Libro II. ad Edictum provinciale.

**CXI.** *Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi, & injuriam faciendi.*

Pupillus, qui proximus est pubertati, & furari & injuriam posse facere creditur, & per hoc & furti, & injuriarum actionibus conveniri posse aestimatur. [§. In summa. *inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.*]

**§. I.** *In heredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum.*

Lite tamen contestata contra decessorem conveniri. Sed & non convento decessore convenitur successor, quatenus ad eum pervenit. [Item condic̄io furti in heredem datur, et si nihil ad eum pervenit, ut *sup. de cond. fur. l.* Si pro fure. §. Condic̄io rei furtivæ. Item actio ex æditio edicto.] Quorum tamen occasione delictorum condic̄io furti competit, ut in furto, & in rapina: nec quatenus ad heredem pervenit, ex maleficio competit actio, sufficiente condic̄ione furti. Nec ipsa condic̄io competit in id solum, quod pervenit ad heredem, sed in solidam rei æstimationem.

PAULUS Libro VIII. ad Edictum.

**CXII.** *Nihil interest ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.*

Non differt quantum ad effectum ipso jure destituaris actione, an exceptione; & tamen exceptione elisam actionem secunda pactio restauras, sicuti in *D. de pact. legit.* quod non est in ea, quæ ipso jure eliditur.

IDEMLibro III. ad Edictum provinciale.

**CXIII.** *In toto & pars continetur.*

Nam si quis fundum petens obtineat, vel cadat: & de parte cecidisse, vel obtinuisse dicitur, [ut *supra*, de except. rei jud. l. Si quis cum totum.]

PAULUS Libro IX. ad Edictum.

**CXIV.** *In obscuris inspici solere quod verisimilis, aut quod plerunque fieri solet.*

In obscuris inspicitur quod est vero similius, aut

aut quod plerumque fit: veluti in filios familias milite, qui accepit mutuam pecuniam. Verisimilium enim est, & ex presumptione creditur omnis miles non in aliud quidquam accipere, quam in causas castrenses, [ut C. ad Maced. l. ult.] Si similiter mulier, quæ divertit, & postea matrimonium reconciliavit, eandem dotem deditse verisimilium est, nisi nominatim aliud auctum est, [ut supra, de jur. dot. l. Si mulier. l. Dotem, quæ.] Quando vero in obscuro est quid testator senserit, quidve lex magis voluerit, & quod illi qui contraxere: quod verisimilium est, sequendum est, & quod plerumque fit.

Imo qui in dubiis contra fiscum respondet, non delinquit, ut supra, de jure fisci. l. Non puto.

IDEM Libro X. ad Edictum.

**CXV.** *Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoveri.*

Cui liberatio relinquitur, is ex ultimo judicio aliquid cepisse videtur. Cui vero promittitur, is accepisse videtur. Capitur ex postremo judicio, accipitur ex pacto; qui tamen pactus, vel stipulatus exceptione excluditur, is non proprie accepisse judicatur.

ULPIANUS Libro XI. ad Edictum.

**CXVI.** *Nihil consensui tam contrarium est, qui ac bonæ fidei judicia sustinet, quam vis atque metus: quem comprobare contra bonos mores est.*

Consensus omnium contractuum substantia est, & quasi præjacens forma: ergo ubi est ejus contrarium, ut vis & metus, contractus rescinditur, quia licet in eo contractu sit aliqua pacifcentis vel dantis voluntas; quia tamen non est spontanea, quod factum est, quasi contrarium bonis moribus comprobandum non est, [ut supra, quod metus causa. l. ult.]

Item nihil tam contrarium est consensui, quam error; sed aequivoce contrarium dicitur. Nam & dicitur contrarium, quod quidem patitur suum contrarium, sed laedit illud; quippe vis cogit consensum & voluntatem: Est enim voluntas & libera, & coacta. Error autem alio modo contrarius est consensui, quia alterum non patitur alterum, ubi enim est error, abest consensus, ut supra, de jurisd. omn. jud.

**§. I. Non capitur, qui ius publicum sequitur.**

Non capitur, id est, non decipitur minor, qui ius publicum, id est, commune sequitur. Eventus enim damni non indulget restitutionem minori, qui emit rem per necessariam, sicuti prudentissimus emisset, licet utilitas non provenerit, [ut

supra, de solut. l. In pupillo. & tit. de minorib. l. Verum. & C. de restit. min. l. Non videtur.]

**§. II. Non videntur qui errant, consentire.**

Non videntur consentire qui errant, sive alium pro alio judicem adeant, [ut supra, de jurisd. omn. jud. l. Si quis.] sive aliam rem pro alia comparent, sive diversos contractus cogitent, [ut supra, de contrah. empr. l. In venditionibus.]

Is tamen, qui appellavit ad judicem, parem vel majorem, licet per errorem; cum voluerit appellare ad alium, tanquam non erraverit, sed consenserit: audietur, ut supra, de appellat. l. r. Sed & legitur Judicem eodem errore de fructibus judicare debere, supra, de rei vind. l. Et ex diverso. Et error jus facit, ut supra, de supell. leg. l. 3.

PAULUS Libro XI. ad Edictum.

**CXVII.** *Prætor bonorum possessorum heredis loco habet in omni causa.*

In omni causa pro herede habet, id est, sive conveniat, sive conveniatur.

Imo non in omni causa. Ecce enim licet hereditas non possit queri per procuratorem; bonorum possessio queritur, ut supra, de acquir. hered. l. Per procuratorem. & supra, de bon. poss. Item licet bonorum possessio non possit peti, nisi vel infra annum, vel centum dies utiles, hereditas tamen perpetuo potest adiri: cum ei, qui non repudiavit, perpetuo liceat adire, qui ex causa deliberare videatur. l. 3. C. de jure delib. l. Cum in antiquioribus. Item bonorum possessio non obtinetur nisi petatur & impetretur: hereditas autem sola voluntate queritur, & suis heredibus & ignaris & sine aditione acquiritur, ut supra, de suis & ligit. hered. l. In suis. Item petitio hereditatis utilis datur bonorum possessori; directa competit heredi. Et directum quorum bonorum competit bonorum possessori; utile vero datur heredi.

CAJUS Libro XXVI. ad Edictum provinciale.

**CXVIII.** \* *Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimitrit.*

Creditor, qui permittit expressionem rem venire, pignus remittit, nisi similiter nominatim pacifcatur, salvam sibi causam futuram pignoris, [ut C. etiam ob chirographariam.] Si autem simpliciter sciat pignus venire, non videtur remittere, cum noverit jus suum ubique durare, [ut supra, quib. mod. pig. vel. hyp. l. Sicut.]

PAULUS Libro LXX. ad Edictum.

**CXIX.** *Non ut ex pluribus causis deberi nobis*

*idem potest, ita ex pluribus causis idem pos-  
sit nostrum esse.*

Idem ex pluribus causis deberi potest nobis ab eodem vel a diversis, ut ex vendito, ut ex stipulatu. Sed idem ex pluribus causis non potest nostrum esse: quod enim meum est, amplius non potest fieri meum, [ nisi primo meum esse desi- nat, ut *supra, de acquir. poss. l.* Possideri. §. Ex pluribus.]

ULPIANUS Libro LXXVI. ad Edictum.

CXX. *Aliud est vendere, aliud vendenti con-  
sentire.*

Qui vendit, de evictione promittit. Sed etiam obstringitur, et si non cavit; sed qui consentit, sibi quidem præjudicat, sed evictione non onera- tur; nisi forte cum coheres venderet, alter con- sentit, & pretii partem accepit: hic enim quasi vendiderit, de evictione tenetur, [ ut *supra, de  
eviction. l.* Quidam ex parte.]

§. I. *Refertur ad universos, quod publice fit per  
majorem partem.*

Universitas auctorem constituere, vel aliud quid fecisse videretur, quando major pars fecit. Nam & in Digestis legitur, universitatem fecisse vide- ri, quando duas partes, aut amplius quam duas fecerunt, [ ut *sup. ad municip. l.* Quod ma- jor. & tit. quod cuiusque univers. l. Nulli. §. Plane.]

Imo nec semper universi creduntur egisse, licet major pars egerit. Ecce enim cum plures essent domini unius fundi, & omnes excepto uno ser- vitutem alicui cesserint, nihil est adhuc auctum, pendetque omnis cessio prima, donec sequatur ultima, ut *supra, comm. præd. l.* Receptum.

§. II. *Absurdum est plus juris habere cum, cui  
legatus sit fundus, quam heredem, aut ipsum  
testatorem, si viveret.*

Non habet plus juris legatarius, quam is, qui legavit, aut heres ejus. Sicut ergo defunctus posset submoveri exceptione doli, si rem alienam ven- didisset, cuius dominium ad eum postea perve- nisset; sic & successor & legatarius.

Legatarius tamen usucapere potest, licet testa- tor non poterat, qui forte titulo carebat.

IDEM Libro LXXVII. ad Edictum.

CXXI. *In iure civili receptum est, quotiens  
per eum, cuius interest conditionem non im-  
pleri, fiat, quominus impleatur; perinde ha-  
beri, ac si impleta conditio fuisset. Quod ad  
libertatem & legata & heredum institu-  
tiones producitur. Quibus exemplis stipulationes*

*quoque committuntur, cum per promissorem  
factum esset, quominus stipulator conditioni  
pareret.*

Si hereditas vel legatum sub conditione relin- quatur, verbi gratia, si illi nuperit; si illam du- xerit, nec stat per eum, qui conditionem imple- re jussus est, sed per eum, in cuius persona im- plenda erat conditio: sic valet relictum, ac si im- pleta conditio fuisset. In libertate hoc amplius, quod etiam si per fortuitum casum steterit, quo- minus impleatur conditio, obtineat libertas, si- cut in Cod. legitur tit. de cond. insert. de eo servo, qui jussus erat aliquid dare, & liber esse; siquidem perempto eo quod portabat, hostium latronumve incursu, nihilominus liber est. Hujus exemplo stipulatio committitur, cum per pro- missorem stat, quominus stipulator conditionem impleat: veluti si quis stipulatus sit decem, si sti- chum promissori dederit, & promissor stichum ac- cipere nolit.

PAULUS Libro LXX. ad Edictum.

CXXII. *Quæ propter necessitatem recepta sunt,  
non debent in argumentum trahi.*

Quæ propter necessitatem, idest utilitatem, & æquitatem recepta sunt, non trahuntur in argumentum, idest, ad consequentiam. Licet enim receptum est, minorem posse rescindere contractum, & Ecclesiam ex pacto vindicatio- nem habere, & militem quoquo modo testa- ri posse, non tamen hæc in communi præ- dicant.

Imo quæ vere, & proprie præpter necessitatem sunt introducta, non sunt producenda. Ecce pro- pter necessitatem famis permisum est patri libe- ros pignorare & vendere; øconomia prædia ecclæ- siastica, & sacra vasa alienare ob redemptionem captivorum exhibitionem clericorum. Item via pu- blica diruta vicinus proximus cogitur viam præ- stare, ut *l. ult. de servir.* Item favore religionis cogitur quis vendere, vel gratis viam concedere ad sepulchrum, ut *sup. de relig. l.* Si quis. Sed nec adscribi debet quod necessitate contigit, ut *sup. de publican. l. ult. §.* Si propter.

ULPIANUS Libro L. ad Edictum.

CXXIII. *Cui jus est donandi, & vendendi, &  
concedendi jus est.*

Qui donare potest, & alteri concedere aut per- mutare potest, sed non contra.

Imo curialis donare potest, licet non vendere, ut *C. de curial. l. 3.* [ nam filiusfamilias & ser- vus potest vendere, donare non potest, ut *C. quod cum eo. l.* Si liberam. Et *supra, de donat. l.* Fi- liusfamilias. ] Debitor tamen voluntate creditoris interdum donat: veluti si amicus creditoris erat, cui creditori donatum voluit, vendere tamen non potuit, ut præjudicium creditori contingat.

Pau-

PAULUS Libro LI. ad Edictum.

CXXIV. *Pœnalia judicia semel accepta in heredes transmitti possunt.*

*Pœnalia judicia, ut furti, bonorum raptorum lite contestata in heredes, ut diximus, transeunt.*

*De dolo tamen actio post biennium non transit.*

ULPIANUS Libro LIII. ad Edictum.

CXXV. *Cum quis possit alienare, poterit C. consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam.*

*Cum minus sit alienanti consentire, ut dictum est, quam alienare; cui vero donare non conceditur, si donationis causa donanti vel alienanti consenserit: ejus voluntas rata habenda non est.* Cum igitur maritus donare uxori, uxor marito non potest: sic filius familiæ & servus donare non possunt. Et ideo si alii consenserint, nullius momenti est, quod agitur.

Minor tamen XX. annis fructuarium licet servum suum manumittere non possit, nisi vindicta; domino tamen majori potest consentire, & servus ad libertatem perveniet, ut *sup. de man. vind. l. 2.*

PAULUS Libro XLVIII. ad Edictum.

CXXVI. *Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.*

*Qui rem alienam defendit, nunquam locuples est, id est pro locuplete habetur: ad hoc, quomodo satidet judicatum solvi de defensione facienda arbitrio boni viri.*

IDEMLibro XLIX. ad Edictum.

CXXVII. *Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt.*

Dari enim videntur, quæ fiunt accipientis. Itaque qui tenetur ad dandum, ut qui stipulanti promisit, nec dedisse, nec se liberasse videtur, solvendo quod alienum est, [ut *sup. de contrah. empt. C. vend. l. Si ita. & tit. de verb. oblig. l. Ubi autem non. §. ult.*]

§. I. *Qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet.*

*Qui jussu judicis aliquid facit, ut executor, apparitor, non videtur dolo malo facere, quia habet necesse parere: unde de damno, de rapina, conveniri non debet.*

*Imo executor in atrocioribus parere non debet; nam & omittendo executor delinquit, puta si judici pertinaciter & acriter non restiterit, & quid facien-*

dum sit, jure non ostenderit; cum ipse judex appellationem non recte recusaverit, in XXX. pondo auri coercebitur, ut *C. de appell. l. Quoniam.*

IDEMLibro I. ad Plautum.

CXXVIII. *Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum.*

*Capienda est occasio, id est ille intellectus sumendum est, qui benignior & melior est: veluti si duo judices in causa liberali tulerint diversas sententias, quarum altera pro libertate est, altera contra; commodius est ejus responsum, qui pro libertate decreverit, [ut *sup. de man. l. antepen. & tit. de jud. inter partes*] Similiter cum illi, aut illi legatum est; benignius est ut *aut* pro *C. accipiatur, [ut C. de rer. C. verb. sign. l. Cum quidam.]**

§. I. *Quod factum est cum in obscuro sit, ex affectione cujusque capit interpretationem.*

*Quod factum est, si sit in obscuro, ex affectu cujusque interpretandum est, ut in matre, quæ non instituit filium suum in puerperio decedens. Est enim singularis affectus, ut liberi succedant magis quam extranei, & liberi cum aliis liberis. Sicut & illa interpretatio magis accipienda est, quando pater rogavit filium restituere hereditatem, ut filius habens suos liberos non coactetur, [ut *C. de inoff. testam. l. 3. de fideicom. l. antepen.*]*

*Item si quis voluit corrumpere servum, & non corruptit, velut corruptor tenetur. Sed & si quis voluit Titium percutere, & percussit Sejum, tenetur tamen. E converso ex affectione excusat, ut si is, qui re aliena utitur, dominum velle credit, furto obnoxius non fit. Interdum tamen non ex affectu interpretandum est, sed contra: puta, voluit quis furari, dominumque invitum credidit, si tamen dominus voluit, furti non tenetur, ut *supra, de furtis. l. Inter omnes.* Sed & de facco pecuniam habente fur tenetur, licet affectum furandi saccum non habuerit. *supra, de furtis. l. Qui saccum.**

IDEMLibro II. ad Plautum.

CXXIX. *Is damnum dat, qui jubet dare. Ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse sit.*

*Proinde dominus, pater, jubentes damnum dari, ex lege Aquilia sunt obligati: filii autem aut servi nulla culpa est, quia dicto domini vel patris obediens debent. In atrocioribus tamen audire non debent, [ut *D. de act. C. oblig. l. Servus.*]*

*Ajunt quidam: is damnum dat, qui jubet dari, si jus imperandi habuit, ut magistratus; imo & qui fecit alterius consilio, tenetur uterque: præsertim ubi ille, qui fecit, alias facturus non erat, & hoc ex his legibus arguitur, *supra, de serv. corrupt. l. 1. supra, exhered. l. Si rem. supra, quod vi. l. Si ego. supra, unde vi. l. 1. de furt. l. In**

*l.* In furti actione. *l.* Si quis. Et *supra*, de injuriis. *l.* Non solum. *supra*, de vi priv. *supra*, de jurisdict. *l.* Si quis. *supra*, de verb. sign. *l.* Sæpe. *supra*, de eo, per quem factum erit. *l.* *l.* *supra*, arb. fur. *l.* Furtim. Hæc autem differentia est inter dominum & patrem, & inter extraneum; quod & pater, & dominus etiam non jubentes tenentur, si non prohibent, cum prohibere possint. Extraneus autem, idest, non dominus, non pater, non tenetur, ut civiliter teneatur, & conveniatur, nisi jubeat; etiamsi prohibere possit, & non prohibuit, ut *supra*, de nox. *l.* 3. §. 2. & *supra*, eod. *l.* Culpa.

§. I. Quod pendet, pro eo non est, quasi sit.

In suspenso est jus patriæ potestatis, cum pater ab hostibus captus est. Credita itaque pecunia domi filio, in pendentि est, an in senatusconsulti fraudem credita sit. Adhuc si servus fructarius emerit; in pendentि est, cui quæsierit, an fructuario, an domino, donec sequatur pretii numeratio, [ ut *supra*, de usuf. *l.*] Si quis arboribus. §. ult. & tit. ad Maced. *l.* Si pendeat. Idem est in conditionibus, quæ nondum extiterunt, ut *supra*, de rei vend. *l.* Non ideo minus.]

IDEMLibro IV. ad Plautium.

CXXX. Factum a judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est.

Ut siue judicaverit, vel delegaverit in aliena jurisdictione; vel si procurator Fisci, vel pedaneus de ingenuitate sententiam tulerit.

Interdum tamen quod ad judicem non pertinet, jure facimus ad eum pertinere: puta nostro consensu, & ex certa scientia adimus judicem non nostrum, facimus nostrum nostra aditione, & exinde in illa causa potest in nos decernere, & ejus, factum & judicium erit ratum, nisi fuerit appellatione suspensum, ut *C. de jurisdict. omnium jud.* *l.* 1.

IDEMLibro IV. ad Plautium.

CXXXI. Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit.

Si gerens tuum negotium quis solverit, negotiorum gestorum actione a te poterit exigere; nec tamen ideo creditori tuo obligatus est.

Tutor tamen & curator negotiorum gestorum obligantur, non creditoribus illorum, quibus fidem debent; sed illis fiunt obnoxii, quorum negotia gerunt, si patientur poenam committi, resve illorum obligatas venire. Ex quidem recepturi sunt ab illis, si suam pecuniam dederint. Sed tamen licet sint recepturi, non hoc ideo fit, idest, non ideo obligantur, quia sunt recepturi.

IDEMLibro V. ad Plautium.

CXXXII. In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est.

Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salva auctori sit.

Velut si dixerit venditor, servitudes si quæ debentur, debeantur: vel ita, stillicidia uti nunc sunt ita sint: debet venditor quasi ambigue loquens præstare prædia libera, [ ut *supra*, de pactis. *l.* Veteribus. & tit. de contrah. empt. *l.* Eum in lege. In accessionibus vero pro venditore interpretandum est, ut *cod. tit.* *l.* Si in emptione.] Ambigua autem intentio sic accipitur, ut res salva auctori sit, ut dictum est.

IDEMLibro VI. ad Plautium.

CXXXIII. In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum quod habent, extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant.

Parcitur marito, uxori, patrono, parenti, donatori, sociis, maxime omnium bonorum, ne condemnentur nisi in quantum facere possint. Igitur relinquitur eis unde se exhibant. Est namque ipsorum habenda ratio, ut non egeant.

Donatori autem fortius succurritur, scilicet detracto alieno ære, *supra*, de re iud. *l.* Inter eos. *l.* Et exheredatum. Excipitur, nisi dolo desierint posse, vel nolint cavere, ut *C. de rei uxori. act.* §. Cum autem. Interdum quoque is, cui alias parcitur in condemnatione, ut Vir, si dolo deserit posse facere, non habebit auxilium, sed condemnabitur in solidum.

§. I. Cum verbum restituas in lege invenitur, & si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus restituendi sunt.

Cum lex dicit quid esse restituendum, ut fundus, & si nominatim non dicat de fructibus; fructus tamen restituendi sunt, & omne quod habitus est, si statim judicii accepti tempore res ei redditæ fuisset, sicut. de significatione verborum legitur in *l.* Restituere. [& *supra*, de usu & usuf. *l.* Videamus.]

§. II. Unicuique sua mora nocet, quod & in duabus reis promittendi observatur.

Et fidejussori mora debitoris; sed in duobus reis promittendi, alteri non nocet mora alterius. Proinde onus usuræ vel periculi ejus est tantum qui moram fecit, non alterius rei debendi.

Porro licet mora simplex quæ est, ut ita dixerim, simpliciter in morando, non nocet alteri, ut *supra*, de usuris. *l.* Mora. Mora tamen, quæ est in faciendo, idest mora, quæ est factum, nocet & alteri, ut *supra*, de duabus reis. *l.* Ex duobus.

§. III. Dolo facit qui petit quod redditurus est.

Quapropter heres damnatus ne a debitore petat, sub-

submovetur exceptione, qua non opposita, teneatur ex testamento. Sic in *D. de except. dol.* [l. Dolo.] Heres tamen proponens judicium possessorum aut interdictum Quorum legatorum, occupatis legatis, non excluditur exceptione dolii, licet post teneatur ad legati præstationem, [ut *supra, quorum legatorum.*] IDEM Libro VIII. ad Plautium.

CXXXIV. Qui potest facere, ut possit conditicione parere, jam posse videtur.

Si tibi vendidero sub conditione tali, quam implere potes: verbi gratia, si Campani vendent tibi locum, & per te stat quominus impleatur conditio; pro impleta habetur adversus te, & sic, vel ex vendito teneris, [ut *D. de contr. empt.* l. Si mihi bibliothecam.]

Illud tamen verum, quod licet ubi quis debeat sub conditione, non debet id agere ne existat conditio, ut *C. de recept.* l. 2. & *D. de verb. oblig.* l. In executione. §. ult. tamen non tenetur ut agat, operamve det, ut conditio existat: contra se enim laboraret. Nec si quid pure debet, e vestigio vel obiter vendere res suas cogendus est, ut *supra, de neg. gest.* l. Divortio. Porro ubi quis pure stipulanti promiserit per se non fieri, curare quoque debet, licet videatur contra rigorem promissionis, & ut fiat, ut *supra, de verb. oblig.* l. In illa.

§. I. Quod quis, si velit, habere non potest: id repudiare non potest.

Quia ejus est repudiatio, cuius & aditio, & acquisitio, [ut *supra, de acq. her.* l. Heres institutus.]

Inde est quod institutus de hereditate sub conditione, ante conditionem non potest illam repudiare, quoniam si vellet, eam non posset habere. Sed nec si filius, patre vivente, ejus hereditatem repudiaverit: mortuo patre, ipsi filio nihil obserbit, ut *supra, de acq. hered.* l. Is, qui heres. l. Qui superstis. Sane non tantum jus jam competens, sed etiam futurum pacto quis remittere potest, ut *C. de pact.* l. 1. Item institutus, non tantum pure, sed & sub conditione, servus quoque ante hereditatem recte paciscitur, ut *supra, de pact.* l. Si unus. §. ult.

IDEMLibro VIII. ad Plautium.

CXXXV. In iis officiis, quæ fieri per liberas personas leges desiderant, servus intervenire non potest.

Servus intervenire non potest in officio tutelæ, curæ, judicii, arbitrii, quæ officia leges desiderant per liberas personas fieri, [ut *inst. qui dari tut. poss.* & *supra, de judic.* l. Cum prætor. & *de arbitris* l. Pedius.]

§. I. Non debeo melioris esse conditionis quam auctor meus, a quo jus in me transit.

Non debeo melioris esse conditionis quam auctor meus, id est decessor, venditor, donator, a quo jus in me transit: hoc ita est, si accessione eorum uti velim; nam potest ex meo initio usus capio mihi competere, licet auctori meo non competit, [ut *supra, de divers. & temp. prescript.* l. An vitium.]

Re vero existente vitiosa, cessat, quia vitia a majoribus contracta perdurant, ut *C. de acquir. poss.* l. Vitia. & *supra, de acquir. poss.* l. Pomponius refert.

IDEMLibro XIII. ad Plautium.

CXXXVI. Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi.

Vigor judicarius ideo in medio constitutus est, ne singuli jus sibi dicant. Non enim competit singulis quod permisum est tantum universitati, id est ei, qui obtinet vicem universitatis, id est populi, qualis est magistratus. Alioquin continget occasio majoris tumultus.

Sane vim licet propulsare, quamvis non vindicare. Patronus tamen a liberto petitus, si in eum retorsit crimina, ignoscendum est ei, si voluit se ulcisci, ut *supra, de bon. libert.* l. Qui cum. §. Si libertus. Sed & furem occidere licet, si non patiatur se deprehendi secundum legum distinctionem; volentem quoque ingerere cedem; sed & agros depopulantem; debitorem quoque fugientem apprehendere licet, ut *supra, que in fraud. cred.* l. Ait prætor. Item cum uxore deprehensem maxime servum, libertum, infamem marito licet occidere; sed & si alium occiderit quodam calore, & in nocte, mitius jure punitur, ut *C. de adult.* l. Gracchus.

§. I. Infinita æstimatio est libertatis & necessitudinis.

Infinita est libertas & necessitudo; id est cognatio, & adgnatio non possunt pretio æstimari.

IDEMLibro XIV. ad Plautium.

CXXXVII. Qui in jus dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet.

Eatenus, ut si utatur illius accessione, delictum ejus obserbit. Alioquin obesse non potest, nisi vitium rei cohæreat, ut furtum. Legatarius tamen aut alii, qui lucrativam causam habent, ex auctori vitio præjudicium patiuntur, etiam si suo initio nitantur, quia scilicet lucrativam causam habent, [ut *supra, de dolii except.* l. Apud. §. Si quis.]

Sane si te mihi donare volentem, alii cui ego quoque donare volebam, te delegaverim, licet contra me exceptione in quantum posses, te tueris

reris: contra illum tamen te non tueberis, ut *supra, de donat.*

§. I. *Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam cur non debeat petere.*

Nemo videtur dolo petere, qui ex probabili errore ignorat cur non debeat petere, qualis est heres, quem defunctus prohibuit quid petere; si tamen cognito errore postea petat, dolo petere videatur, [ *supra, de doli except. l. 2.* ]

IDEMLibro XV, ad Plautium.

CXXXVIII. *Cum principalis causa non subsistat, plerunque nec ea quidem, quae sequuntur, locum habent.*

Cum principalis causa non subsistat, ut alienatio prædiorum minorum sine decreto, nec ea quæ sequuntur ut traditio, evictionis promissio locum habent. Plerunque, dixit, propter rem quam curator, cum sua esset, pro evictions prædii minoris obligavit, [ ut C. de prædiis, l. Et si is. ]

Et plerunque dicit, quia licet prima obligatio non valeat, quia stipulatus fuerit alii; firmatur tamen, quandocumque stipulationi illi subjecerit poenam. Item licet institutio testamenti celsit ex causa præteritionis vel exhereditationis; legata tamen valent.

IDEMLibro XVI, ad Plautium.

CXXXIX. *In obscura voluntate manumitteris, favendum est libertati.*

Ut supra convenienti exempla significavimus, [ l. Quoties dubia. ]

Imo ubi non appareat, de quo sticho senserit, neuter liber erit, ut *supra, de man. test. l.* Cum ex pluribus.

IDEMLibro XVII, ad Plautium.

CXL. *Quod iussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.*

Quod meo iussu solvitur, ego soluisse videor, & quod meo iussu recipitur, ego recipere videor.

IDEMLibro I, ad Vitellium.

CXLI. *Si nemo subiit hereditatem, omnis vis testamenti solvitur.*

Si nemo institutus, vel substitutus adiit hereditatem, omne jus testamenti solvitur: ut libertates, legata, fideicomissa non valeant, nisi a legitimo herede fuerint repetita, [ ut C. si omessa causa test. l. penult. vel sit omessa causa testamenti vel per bonorum addictionem hoc fiat, ut *inst. de addict. bon.* ]

IDEMLibro III, ad Vitellium.

CXLII. *Quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.*

Quod nullius esse potest, ut homo liber, campus martius, res sacra, nulla obligatio potest efficere, ut alicujus fiant. Homo tamen liber, qui patitur se venundari ad participandum pretium servus ementis efficitur, [ ut *supra, de lib. caus. l. Liberis. & inst. de jure person. & tit. de i-nut. stipul.* ]

Item sine ejus quoque patientia ementis forte sit servus ex necessitate famis. Res quoque sacrae quandoque recte alienantur, ut *supra* ego exposui.

IDEMLibro III, Digestorum.

CXLIII. *Etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est.*

Etsi nihil facile immutandum est ex solemnibus, tamen si aequitas poscit, subveniendum est, ut contingit in eo, qui citatus non respondit, & ideo contrariam sententiam meruit; sed confessim sedente judice pro tribunali adiit, sicut legitur, *supra, tit. de in integr. restit. minor. l. Divus Antoninus.*

Sed & si acceptilatio solemnibus sit destituta, tamen vim habet pacti inter imprudentes juris usurpata de accept. l. An inutilis. Item si testamentum solemnibus sit destitutum, adjecto jure codicillorum valebit, ut C. de codicill. l. ultim. §. Illud,

CELSUS Libro VII, Digestorum.

CXLIV. *Vani timoris justa excusatio non est.*

Vani timoris ratione nemo juste excusat, ut si timuit quod non oportuit, quia meticulosus est, [ ut *sup. quod met. caus. C. de his, qui per met. jud. non appell. l. 1.* ]

Puta mulier, quæ sciebat se esse ingratam, si quid eo metu, ne revocetur, dederit patrono: non revocabitur per actionem, quod metus causa. Ipsa enim sibi metum intulit, ut *supra, quod met. caus. l.* Si mulier. Sed & si quis non appellaverit meticulosus, postea non juvabitur, quia in sacro comitatu nostro timere non debuit, ut C. de his, qui per met. judic. non appell.

IDEMLibro VIII, Digestorum.

CXLV. *Impossibilitum nulla obligatio est.*

Ut si quis promittat servum non moritum, [ ut C. de contrah. stip. l. Non nemo, ] Sororem se ducturum, quod de jure impossibile est, [ ut *supra, de verb. oblig. l.* Si stipulor. ]

IDEMLibro XII, Digestorum.

CXLVI. *Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit: C. cum sol-*

*Solvendi tempus obligationi additur, nisi eo  
præterito peti non potest.*

Nihil peti potest, antequam persołvi possit, ut partus futurus & fructus, licet pure promissus. Cum autem dies obligationi additur, nisi eo præterito peti non potest. Solvi tamen potest, [ ut supra, de verb. oblig. l. Interdum. & inst. de verb. oblig. ]

Nisi si quis hodie promiserit, vel quid annum: tunc enim ante finem præfixorum temporum rite petetur, ut C. quando dies leg. l. 1. & D. de verb. oblig. l. Liber. 118.

IDEM Libro XVI. Digestorum.

CXLVII. *Si quis prægnantem uxorem reliquerit, non videtur sine liberis deceſſisse.*

Si quis prægnantem uxorem, quæ vivum perfectumque edidit, [ non declinans ad monstrum vel prodigium, ut C. de posth. her. inst. l. 2. ] reliquit, non videtur sine liberis deceſſisse.

IDEM Libro XVII. Digestorum.

CXLVIII. *Ubi pugnantia inter se in testamento invenirentur, neutrum ratum est.*

Si testatorem nunc aliquid voluisse, nunc noluisse testamentum demonstrat, nec appetet quid potius voluerit: neutrum ratum est: quemadmodum diversæ scripturæ sibi fidem invicem derogantes ab una parte prolatæ, nihil firmitatis obtinent, ut C. de fid. instrum. l. Scripturæ.

Imo si cui quid ultimo loco fuerit reliquum, ratum erit. Nam si quis sic dixerit, cui bis legavero, non amplius quam semel dari volo; eidem tamen quod postea legabit, legatarius habebit: semper enim posteriora derogant prioribus. Nemo enim sibi legem dicere potest, quod non liceat sibi a priori voluntate recedere, ut supra, de legat. l. Nemo. & D. de leg. 3. l. Si quis in principio. Interdum tamen præcedens scriptura facit, ut posterius legatum non valeat, ut si ita dixerit, quod infra legavero, non do, non lego.

§. I. *Quæ rerum natura prohibentur, nulla legge confirmata sunt.*

Quæ rerum natura prohibentur, ut servum non moriturum præstari, cœlum digito tangi, nulla lege nec stipulatione poenali sequente possunt confirmari.

IDEM Libro XIII. Digestorum.

CXLIX. *Pupillus nec velle, nec nolle in ea aetate, nisi apposita tutoris autoritate, creditur: Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.*

Pupillus nec velle ad suum præjudicium, nec Tom. II.

nolle creditur, quominus teneatur; si forte ipsius negotium eo prohibente utiliter geratur. Non enim distinguitur, voluerit, an noluerit, nisi cum tutoris auctoritas intercesserit.

IDEM Libro XXIV. Digestorum.

CL. *Quod evincitur, in bonis non est.*

Nec retro fuisse videtur. Cum ergo sententia jure teneat, creditor, cui forte omnia debitor obligaverat, id petere non potest, quasi in bonis debitoris fuerit.

Postquam evictum fuerit. Sane inspecto rigore, quandiu evincitur, adhuc in bonis est. Nam & quod moritur, vivit, quod rumpitur, tollitur, extat. Porro juris interpretatione & figmento, etiamsi sit adhuc in bonis, potest dici non esse in bonis, quippe & in bonis ejus qui metum paſlus est, res dicitur esse licet mera ratione sua voluntate & si coacta desierit esse sua, ut supra, quod met. caus. l. penult. Ovum quoque dicitur animal, non actu, sed potestate.

IDEM Libro XXXIII. Digestorum.

CLI. *Neratius consulus, an quod beneficium dare se quasi viventi Cæsar rescriperat, jam defuncto dedisse existimaretur, respondit, non videri sibi principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse. Quem tamen modum beneficii sui vellet, ipsius estimationem esse.*

Quod beneficium imperator Titio quasi viventi dederit, ut beneficium dilatoria præscriptionis, qui Titius jam deceſſerit: defuncto dedisse videri non potest: proinde ejus heres uti eo beneficio non potest, nisi forte re comperta Cæsar velit ad heredem idem beneficium porrigi.

MARCELLUS Libro XXIX. Digestorum.

CLII. *Ea, quæ in partes dividi non possunt, solidâ a singulis heredibus debentur.*

Ea quæ in partes dividi non possunt, ut iter, actus, via, in solidum a singulis heredibus exiguntur. Verum qui cōventus solidum præstat pro partibus coheredes conveniet, [ ut supra, de verb. oblig. l. 2. & de servit. l. Viae. ]

§. I. *In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus justius est, quam tutius.*

In re dubia benigniorem interpretationem sequi debemus, sicut in D. de exerc. act. legitur. Si enim servus sciente domino navem exercet, si de voluntate dubitatum est, in solidum dominus ex benigniori interpretatione conveniri non debet.

Item ubi quis instituit servum, quem putavit liberum, & ei substituit Mævium, servusque jussu domini adierit: substitutus admittitur in quadran-

K k k tem

tem idest modicum nec in solidum, nec in nihilum propter id, quod est dubium, ut *inst. de vulg. subst.* sicut plenissime ibidem exposui. Item si pupillus delato sibi jurejurando juravit se non debere, & forte controversia sit, utrum juraverit de facto, vel de jure: pro pupillo dicendum est, ut de toto juraverit, ut *supra, de jurejur. l. ult.*

## CELSUS Libro XXXVIII. Digestorum.

**CLIII.** *Omnia fere jura heredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis heredes extitissent.*

Quocunque lacrum obvenisset heredi, si statim post mortem adiisset hereditatem, habiturus est quandocunque postea hereditate adita. Itaque & fructus & usucaptionis compendium heredi pervenient: fere posuit, propter usumfructum, quem si stipulatur servus hereditarius, nihil agit, quia ususfructus sine persona esse non potest, ut in *D. de stip. serv. l. Si servus.* ]

## MODESTINUS Libro VI. Differentiarum.

**CLIV.** *Qui per successionem quamvis longissimam defuncto heredes constiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes existunt.*

Heres heredis etiam testatoris est heres, hoc est, appellatione heredis continetur primus, secundus, tertius heres, & usque in infinitum. Est tamen quando appellatio heredis primum tantum continet, ut *D. de verb. sign. l. Sciendum.* habetur. Si enim pater sic substituerit, Quisquis mihi heres erit, & impuberi heres esto, heredis heres non continetur, quia incertus est. Item filius heres proximus potest paternum libertum ingratum accusare, non etiam heredis heres.

## IDEM Libro VII. Differentiarum.

**CLV.** *Expressa nocent, non expressa non nocent.*

Si quid relinquitur sub hac conditione expressa, Si Titius voluerit: non prodest: si vero ita, si Titius Capitolium ascenderit, valere potest. Non eo minus quod ipsius arbitrii est ascendere, vel non: sed quia non expressa non nocent. Item acceptatio facta sub conditione expressa non vallet, quia expressa conditio nocet: si vero fiat pure, licet expressa sit conditio in stipulatione, valere potest: quia non expressa, licet tacite intellecta conditio valere potest, [& non obesse, ut *supra, eod. l. Aetus legitimis. & tit. de jur. dat. leg. 3.*] ]

## IDEM Libro VIII. Regularum.

**CLVI.** *Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ. Et ideo quædam ad heredem trans-*

*mittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt ad heredem non transeunt.*

Privilegia quædam causæ sunt, ut de quadrimestribus judiciis, de judiciis etiam bonæ fidei, ut tutelæ, quæ ex mora admittunt usuras; & hæc ad heredes transmittuntur. Quædam privilegia personæ sunt, & ideo ad heredem non transeunt, qualia sunt ea, quæ dantur patrono, marito, qui condemnantur in quantum facere possunt; sed ipsorum heredes in solidum. Filius tamen mariti ex eadem uxori in quantum facere potest, condemnatur. Sic habetur *D. sol. matr. l.* Etiam filios. [& C. eod. l. Maritus. & *supra, de re jud. l.* Non tamen. & tit. de except. l. Exceptiones.]

## IDEM Libro Singulare de ritu nuptiarum.

**CLVII.** *Semper in conjunctionibus non solum quid liceat considerandum est; sed & quid honestum sit.*

Semper in conjunctionibus, idest, in matrimonii considerandum est simul quid liceat, simul etiam quid honestum sit, idest quid deceat, ut in senatore forte contingit, cui etiam si forte licet habere libertinam conjugem jure naturæ; non tamen decet, nec honestum est ex suæ personæ conditione. Aliquid enim licet, quod non decet: licet enim contrahentibus in contractibus bona fidei naturaliter se decipere, sed non decet, [ut *supra, de minor. XXV. ann. l. In causæ.*] ]

## JAVOLENUS Libro XIII. ex Caffio.

**CLVIII.** *Neque in interdicto, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris sive solvendo est, sive non est.*

Pupillus ex dolo tutoris non convenitur, nisi quatenus ad eum pervenit. Attamen et si nihil ad eum pervenit, convenienter ut actionem cedat, sed non ut aliquid pro eo præbeat, [ut *sup. de trib. act. l.* Sed et si servus. §. 1. ]

Ergo vere dici potest dolum tutoris non noce-re pupillo non locupletato, nec ubi est solvendo tutor; quia tunc nihil de suo dat, tametsi cedit; nec ubi non est solvendo, quia tunc nec cedit, cum non expediatur, nec de suo aliquid præbet. Sed tamen *de evictio. l. 4.* dicitur, pupillum ex contractu tutoris teneri in totum, sive pervernit ad eum, vel non; neque enim male contrahitur cum tutoribus.

## IDEM Libro VI. Epistolarum.

**CLIX.** *Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.*

Sive de officialibus, sive de litigantibus intelligatur. Namque litigator dolo facit, si non patitur eum esse in possessione, quem judex milerit.

Et officialis, si male officio suo functus fu-erit

erit, ut *sup.* si quis *jud.* non obtemp. & *tit.* de rei vend. *l.* Qui restituere. Et *C. de sportul.* & *executor.* *l.* *z.* & *3.* Non caret inquam do lo, nisi non pareat in his, quæ sunt Deo, & Evangelio, & naturæ contraria.

**ULPIANUS Libro XII. ad Edictum.**

**CLX. Qui in servitute est, usucapere non potest.**  
Nam cum possidentur, possidere non videtur.

Qui in servitute hostium est, usucapere per se non potest: nam per servum quem domi reliquit, usucapit. Sed etsi bona fide, vel mala, possidetur homo, etiam liber usucapere, & possidere non potest; cum enim possideatur, possidere non videtur.

**IDEM Libro XIII. ad Edictum.**

**CLXI. Non alienat, qui dumtaxat omittit pos**  
*sessionem.*

Non alienat debitor quasi in fraudem creditorum, qui dumtaxat omittit, quod querere potuit, [ut *sup.* quæ in *fraud. cred.* *l.* Qui autem.]

[Nisi in fraudem donatum, id conjux agat, ut donatum velit conjugi, ut *sup.* *l.* Ait prætor. §. Si cum mulier.]

**PAULUS Libro XII. ad Edictum.**

**CLXII. Nemo plus commodi heredi suo relin**  
*quit, quam ipse habuit.*

Si quis tamen stipulatus est sub conditione, vel post mortem suam, hæc habiturus est heres, licet defunctus habere non potuit.

Item heres aliquando habebit actionem, unde defunctus habebat exceptionem, veluti cum juravit rem non esse petitoris, ut *supra*, de *pet. her.* *l.* Inde. Verum & sicut superius dixi, usucapere poterit, quod defunctus non poterat, quia titulo carebat.

**IDEM Libro XIII. ad Edictum.**

**CLXIII. Qui non facit, quod facere debet, vi**  
*detur facere adversus ea, quia non facit: &*  
*qui facit, quod facere non debet, non videtur*  
*facere id, quod facere jussus est.*

Ut si, verbi gratia, patronum egentem non exhibet, videtur adversus ea facere, quæ facere jubetur, & qui facit quod facere non debet, ut si vocet in jus patronum temere, non videtur facere, quod jussus est: & ideo utroque casu edicto coercetur, [ut *supra*, de *in jus voc.* *l.* ult.]

**CAJUS Libro V. ad Edictum provinciale.**

**CLXIV. Libertas omnibus rebus favorabilior est.**  
Cum & a minore præstata, in consilio causa ap-

probata, licet falsa non retractatur prætextu fal sa cause; nec rescinditur per in integrum restitutionem, nisi a principe ex magna causa; nec per legem Æliam Sentiam, nisi re & consilio traxus contingat; nec per querelam inofficiosi, quando duorum intendentium querelam alter obtinuit; alter vixius fuit, licet premium præstetur victori pro portione sua, [ut *C. si advers. libert.* *l.* Quos. & *inst.* qui man. non poss. & *sup.* de minor. *l.* Si ex causa, & *C. de inoff. testam.* *l.* Cum duobus. & *tit.* qui man. non poss. *l.* *i.*]

**ULPIANUS Libro XIV. ad Edictum.**

**CLXV. Nemo alieno nomine agere potest.**

[Nemo alieno nomine, id est, ex alterius paeto directo agere potest, nisi in pecunia credita, & jure hereditario. Vel aliter: Nemo alieno nomine ullo modo agere potest, scilicet sua auctoritate: nam & si quis tanquam procurator, cum non sit, agit, non rite agit: quia per falsum procuratorem judicium nullum, nisi postea habeatur a domino ratum; sua auctoritate ideo dixi: quia & ex mandato hoc fit, ut a procuratore, & ex officio publico, ut a tutore, curatore.]

**§. I. Temporaria permutatio ius provinciae non innovat.**

[Pone quod Proconsul non est ingressus ea parte provinciam sibi destinatam, qua ingredi moris est; alii tamen Proconsules qui, illi succedent, sicut moris est, ingredi debebunt, nec ejus sequentur exemplum, & sic temporaria permutatio ius provinciae non innovat, ut *D. de offic. procons.* *l.* *3.*]

**PAULUS Libro XVI. ad Edictum.**

**CLXVI. Ubi non voce, sed præsentia opus est,**  
mutus si intellectum habet, potest videri respon dencie. Idem in furdo hic quidem & responde re potest.

Sicut in contractibus, qui consensu perficiuntur, mutus intellectum habens respondisse vide tur. Non sic, ubi voce opus est, ut in stipulatione, [ut *supra*, de *act.* & *oblig.*] Præsentiam dixit, vel id quod pro eodem habetur, ut est nuncius, epistola. Idem est in furdo, qui licet non audiat, potest respondere.

**§. I. Furiosus absentis loco est: & ita Pomponius libro primo Epistolarum scribit.**

Ut sic contrahere non possit quasi præsens sit: fed nec sicut absens, quia non potest esse, quod pro præsentia habeatur, ut epistola, nuntius, ratihabitio. Quod ergo de procuratoribus dicitur in *Digest.* non esse furiosum habendum loco absentis: ad id pertinet, ut tanquam absens non possit ratum habere: hoc est, absens potest ratum habere; furiosus non æque. Est autem ca fus,

sus, quando furiosa persona quasi consentire videtur, videlicet cum pater dotem repetit, quam pro filia nunc furiosa dedit. Hæc enim videtur consentire, quia evidenter non potest contradicere, ut *supra, sol. matrim.*

CAJUS Libro V. ad Edictum provinciale.

CLXVII. *Favorabiliores rei potius quam actores habentur.*

Cum rei obtineant, et si nihil per se allegent, si actor in probatione deficiat.

Item in dubiis pro reis judicamus. Sunt enim potiores, quia possessores, ut *C. de edend. l. Qui, & instit. de interdict. & supra, si ususfr. petat. l. Ut frui. & supra, de act. O. oblig. l. Hadrianus.* Sed & si quis, quem dicebat libertum, qui erat in possessione ingenuitatis; probatio, quæ fuit munus actoris, reo conceditur, ut *D. de probat. l. Circa. Imo potius actori creditur in iudicio, quam reo, qui semper negaret se consensisse.*

ULPIANUS Libro XV. ad Edictum.

CLXVIII. *Nemo prædo est, qui pretium numeravit.*

Nisi ab eo emit, qui nihil vendere potuit; nam si quis a furioso maxime sciens emerit, prædo est. Sed qui emit ab eo, cuius rem non esse novet, prædo non est, & ideo petitione hereditatis directa conveniri non potest: utiliter conveniri nihil impedit, [ut *supra, de pet. hered. l.* Nec ullam. & *C. de pet. her.*] ]

In rei vindicatione post litem contestatam; in petitione hereditatis, & post litem motam omnis possessor definit esse bonæ fidei possessor; ergo si vietus postea fuerit, prædo fuisse dicitur, ut *supra, de pet. her. l.* Sed eti.

§. I. *Locupletior non est factus, qui libertum acquisierit.*

Emendo hominem, aut forte adoptando, quem qui emerit, usucapere & praescribere per eum non poterit, [ut *instit. de usucap. & C. de praescript. quæ pro libert. l. ult.*] ]

Aliter si pateretur se venundari ad participium pretii. Tunc enim servus esset, ut *institut. de iur. person.*

§. II. *Cum de lucro duorum queratur, melior est causa possidentis.*

Videlicet si a diversis non dominis res utriusque donata, tradita fuerit, sicut superius dictum est.

Aliter si ab eodem, ut de publicana Julianus scribit, *supra, de public. in rem act. l. 9. §. Si duobus. Sed & quandoque agentis & non possidentis, ut supra distinctum est.*

PAULUS Libro XX. ad Edictum.

CLXIX. *Cum prætor in heredem dat actionem,*

*quatenus ad eum pervenit: sufficit, si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti.*

Ex dolo defuncti tenetur heres, quatenus ad eum pervenit: ubi sufficit, si vel momento apud eum fuit. Non autem ita de eo est, qui bona fide possidens hereditatem, petitione hereditatis convenitur. Hic enim tenetur pro eo, quod ad eum pervenit, & perduravit, ut locupletior sit, [ut *supra, de pet. hered. l.* Si quo. l. Si a domino.] ]

IDEM Libro XIX. ad Edictum.

CLXX. *In pari causa possessor potior haberi debet.*

Unde cum quis alicui dederit vel promiserit, ut aliquid turpe faceret, veluti homicidium, fursum, quia uterque turpiter facit, & qui dat promittitve, & qui accipit, cuive promittitur: possessor est potior, [ut *supra, de cond. ob turp. caus. l.* Si ob turpem. & *C. ob turpem caus. l.* Cum te.] ]

Imo si alteri alter expressim emerit, ideoque inutiliter contraxit; ille tamen ex duabus in dominii quæstione potior erit, cui a domino tradita res fuerit, ut *C. si quis alteri. l. Multum.*

§. I. *Ii, qui in universum jus succedunt, heredis loco habentur.*

Quales bonorum possessores & fideicommissarii heredes, & si qui sunt similes, [ut *instit. de fideicom. heredit. & supra, quod cum eo, qui in aliena potest. l.* Si filius.] ]

IDEM Libro XXI. ad Edictum.

CLXXI. *Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.*

Quamvis enim sciens debitorem non esse, solvendo recipit; quia tamen sibi vigilare licuit, non timet edictum. Cæterum si possessione bonorum creditoribus data, recepit, cæterisque prærepit, in portionem vocandus est, cæterisque exæquandus, ut *D. tit. quæ in fraud. cred. l.* Ait prætor. §. Si debitorem. & *l. Pupillus. & l. Qui autem. §. Sciendum.* ]

Imo si sciebat fiscalem esse debitorem cum acciperet, vel postea cognovit, antequam coasmet: auferetur ab eo, ut *D. de his, quæ in fraud. cred. & supra, de jure fisci.*

§. I. *Cum principalis causa non confitit, nec ea, quæ sequuntur, locum habent.*

Cum principalis causa non subsistit, ut matrimonium, nec ea, quæ sequuntur, locum habent, ut dos, propter nuptias donatio, [ut *C. de cond. ob caus. l. 1. & supra, de riuu nupt. l. Dote.*] ]

# De diversis regulis Juris &c. 445

ULPIANUS Libro XVIII. ad Edictum.

CLXXII. Nunquam actiones praesertim poenales de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

Nunquam actiones praesertim poenales (eo quod magis reipublicæ intersit maleficia puniri) de eadem re concurrentes, altera alteram consumit. Ex eo est, quod si quis canem, verrem, ursum habeat, qua vulgo iter fit, & noceat: ædilitiis actionibus tenetur, & nihilominus actio est de pauperie, sicut instit. de pauperie legitur; [falsum ut illo locum habet.]

PAULUS Libro XXII. ad Edictum.

CLXXIII. Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessione dolus est.

Qui dolo desit quid possidere, condemnatur, & quacumque actione conveniri poterit, sive rei vindicatione, sive petitione hereditatis, sive interdicto. Damnari, dixit utilibus conventum, non directis actionibus. Est enim dolus pro possessione, sed non est possessio.

Aliquando tamen non ita. Ecce enim si servus, quem dolo desieris possidere, deceperit, priusquam convenireris noxaliter: liberaris, quia noxalis succedit in locum directæ, ut D. de noxal. action. l. Electio. §. Si is.

CAJUS Libro VII. ad Edictum provinciale.

CLXXIV. Imperitia culpæ adnumeratur.

Sicut dicitur in lege Aquilia, ut si medicus male fecuerit, vel quisquis alius affectaverit, quod ignoraverit, culpæ reus est, [ut supra, de off. præf. l. Illicitas. & tit. locati. l. Si quis fundum. & instit. de l. Aquilia. miles, mulier, minor, agricola aliquando propter imperitiam excusantur.]

IDEM Libro VIII. ad Edictum provinciale.

CLXXV. Melior conditio nostra per servos fieri potest: deterior fieri non potest.

Melior conditio nostra per servos fieri potest, filiosve, sive paciscantur, sive adipiscantur. Nam ex eorum pacto, & actio & exceptio nobis competere potest, sicut & dominium re tradita nobis acquiritur. Deterior fieri non potest. Quod tamen meo animo servi corpore possedeo, eo ad alium transferente, etiam ignarus possidere desino; sed quia superest statim recuperandi facultas, perinde est, ac si non amiserim. Potest etiam dici ex nova lege me nec possessionem amisisse, ut in rebus jam quæsitis nullo modo conditionem meam gravet. Nam in eo quod quærendum est, si desidia vel dolo non apprehendit, meam conditionem gravabit.

Item si in persona sua delinquent, faciunt conditionem domini deteriorem, ut instit. per quas pers. nob. acq. & C. eod. & supra, de acquir. rer. dom. l. Acquiritur. & tit. de acquir. poss.

l. i. & l. Peregre, & C. de acquir. poss. l. ult. & instit. de noxal.

ULPIANUS Libro XXI. ad Edictum.

CLXXVI. Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur a debitore.

Non fraudantur creditores cum debitor neglexerit querere quod potuit, sed cum quid de bonis diminuit: unde actiones habent ad quod translulit, sed non ad id, quod capere noluit, [ut supra, quæ in fraud. cred. l. Qui autem.]

§. I. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

Transactionem vel quodcumque pactum nemo rescindere potest ob id, quod dicat se malignatum doloque versatum, quia nulli dolus suus patriconatur, [ut C. de trans. l. Transactione. & tit. quæ in fraud. cred. l. Filios.]

Miror itaque qua mente, qua fronte, qua ratione inquit quidam, Populum Romanum certa scientia contra legem aliquam facientem, sique delinquentem, legem abrogare, & abrogando legem in contrarium cedere. Malæ fidei tamen possessor mala fide possidendo, & possessionem suam continuando XXX. annis præscribit. Item si quis ei, apud quem in alea luditur, furtum fecerit, actione furti non convenientur, & sic delinquendo meliorem conditionem suam fur facit, ut supra, de aleat. l. i. Item heres servum vetans dare de peculio, cui libertas erat relata, ea quidem obtinente heres, delinquendo lucratur pecuniam, nec manumisso eam dare tenetur, ut supra, de statulib. l. Si peculium. §. i. in fin.

IDEM Libro XXIII. ad Edictum.

CLXXVII. Ea, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

Ea, quæ ad dandum impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, nec esse possunt, ut hippocentaurus, pro non adiectis habentur [in legatis; in contractibus secus.]

PAULUS Libro XVIII. ad Edictum.

CLXXVIII. Bona fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est.

Sicut ad dominum, sic ad bonæ fidei possessorem fructus pro cultura & cura pertinent, nisi lex sit impedimento: quod forsitan ad fructus pertinet, qui natura sine opere proveniunt, ut foenum, & si qua sunt similia, quæ ad bonæ fidei possessorem non pertinent. Pertinet eadem exceptio fortassis ad eum, qui bona fide possidet alienum servum vel liberum, quia per eum ex duabus causis tantum acquirit, hoc est ex re sua, & ex opera il-

illius, [ut sup. de usur. & fruct. l. Qui sit. & l. Fructus.]

ULPIANUS Libro XXV. ad Edictum.

CLXXIX. Qui auctore judice comparavit, bona fidei possessor est.

Juste possidet, qui auctore prætore possidet, [ut sup. de acquir. poss. just] eatenus, ut sciens rem alienam, verum pignori in causam judicati captam, bona fidei possessor sit, si auctoritate judicis sit vendita, [ut C. si in caus. jud. l. 1. & sup. de noxal. l. Generaliter.]

PAULUS Libro XXVII. ad Edictum.

CLXXX. Omnis hereditas quamvis postea adeat, tamen cum tempore mortis continuatur.

Hereditas adita, licet non statim a morte, tamen cum tempore mortis continuatur: ut eodem tempore, quo & ille deceperit, & hereditas adita est, heres jus dominiumve universorum accepisse videatur.

§. I. Nunquam crescit ex post facto præteriti delicti estimatio.

Quod ad id spectat, si servum vulnerasti, non mortifere, qui domino negligente periret: de vulnere, non de cæde teneris, ut sup. ad leg. Aquil. l. Qui occidit. in fin.

Nam & e contrario quod recte actum est, nec corrumpi, nec mutari potest, superveniente delicto, ut sup. de itin. actuq. priv. l. 2.

CAJUS Libro ad Edictum Praetoris Urbani.

CLXXXI. Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio saluæ permanent.

Omnes actiones, quæ morte pereunt ut furti; aut tempore, ut injuriarum, quæ actio utili anno aboletur, [ut D. quod met. caus.] Semel inclusæ judicio, idest, lite de his contestata, salvæ permanent, & perpetuæ fiunt, [ut C. ex delictis defuncti. & instit. de perp. & temp. action. Excepra actione de dolo, forte & refissoria.]

§. I. Non videtur perfecte cujusque id esse, quod ex casu auferri potest.

Ut in servo, cui sub conditione relinquitur libertas. Vel si quod sub conditione relinquitur alicui: perfecte, hoc est, integro jure heredis non est, quod in eventum conditionis auferri potest, [ut C. communia, de leg. l. ult.]

Intelligitur tamen dominus ante eventum conditionis, ut sup. de rei vind. l. Non ideo. Et tit. de statulib. l. 1. & 2. & tit. de question. l. Statuliber. Nam res restitutioni subjecta, licet heredis sit, non tamen absolute, idest, non ple-

ne intelligitur sua, ut C. comm. de leg. l. ult. Nec tamen cuius dominium a nobis abire speratur, non intelligitur esse nostrum, ut sup. de rei vind.

ULPIANUS Libro LVI. ad Edictum.

CLXXXII. Absentia ejus, qui reipublicæ causa abest, neque ei, neque alii damnoſa esse debet.

Absens causa Reipublicæ sic restituitur adversus præsentem, ut & præsens restituatur adverlus ipsum quondam absentem, [ut sup. ex quib. caus. major. in integr. rest.]

PAULUS Libro LIV. ad Edictum.

CLXXXIII. Quod contra rationem juris receputum est, non est producendum ad consequencias.

Sicut & supra dictum est.

§. I. Uni duo pro solido heredes esse non possunt.

Plures successores esse possunt in universum, idest, in jus universarum rerum, sed non in solidum, ut pluribus pertineat omnium rerum dominium pro solido.

IDEM Libro LVI. ad Edictum.

CLXXXIV. Qui tacet, non unique caretur; sed tamen verum est, eum non negare.

Si quis ergo interrogatus, si ipse vel ejus servus dederit damnum, & taceat: non ut inficians condemnatur. Qui ergo interrogatus an sit heres tacet: hereditariis actionibus, sicut heres convenit; hoc est, ac si dixisset se heredem, forian qui non est, vel tanquam negaverit se heredem, qui forte heres est, sicut in D. de interrogat. [& tit. de probat. l. Quoties.]

Filius tamen abstentus tacens, non perinde ac si negasset, tenebitur, ut sup. de interrog. l. De ætate.

ULPIANUS Libro LXII. ad Edictum.

CLXXXV. Quod ipsis, qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstat.

Ut doli vel pacti exceptio successoribus obstat.

PAULUS Libro LXII. ad Edictum.

CLXXXVI. Non omne, quod licet, honestum est.

Nam licet circumvenire in emptione; sed non decet, sicut & retro expositum est.

Non enim omne, quod licet, expedit, ut Apostolus ait. Ecce enim forte licet clericu Advocare, sed non decet. Item lectoribus & cantoribus licet

licet matrimonium contrahere, sed non est honestum. Item ex pacto licet creditor i ingredi in possessionem pignoris, sed non convenit sine jude, & minus urbanum est, ut *C. de pign. l. 1.*

**§. I. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.**

Veluti si filius familias sub conditione stipulatur, quæ existit, eo facto sui juris. Nam patri emolumen tum stipulationis queritur. Aliud est in legatis.

ULPIANUS Libro LXVI. ad Edictum.

CLXXXVII. *Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt.*

Dolus non infertur scienti, & celatus qui scivit, non videtur; certiorari non debuit, qui non ignoravit. Quare qui accepit, vel stipulatus est a fraudatore, sciente creditore, non timet edictum, quod est de iis, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, ut restituantur, [ut supra, quæ in fraud. cred. l. Quod autem. §. Præterea. Minor tamen conscius quasi læsus juvatur.]

PAULUS Libro LXII. ad Edictum.

CLXXXVIII. *Quod quis, dum servus est, egit, proficere libero facto non potest.*

Libero facto nec obest promissio, nec prodest stipulatio, quondam enim dominus experitur, vel convenitur de ipsius maleficio. Contra est, quia noxa caput sequitur.

Item si aliquid pro libertate promiserit, actione in factum convenitur, ut *supra de action. & oblig. l. Servi. & tit. de solut. l. In liberto. & tit. de negot. gest. l. Eum, qui. & C. an servus ex suo &c. l. 2. & 3. inst. de nox.* Imo si servus institutus ante aditam hereditatem cum creditoribus pactus est, postea facto libero & heredi saltem doli exceptio datur, ut *sup. de pact. l.* Et si.

CAJUS Libro XXIV. ad Edictum provinciale.

CLXXXIX. *Semper specialia generalibus insunt.*

Ecce species: fera bestiæ, pisces, volucres, occupantium sunt. Ecce genus: quod nullius in bonis est, occupanti conceditur.

Imo species est in genere, id est continetur a genere, & e converso genus est in specie, sive includitur in specie: hoc est, ubi est species, ibi est genus; suscipit enim species nomen generis.

PAULUS Libro XVI. brevis Edicti.

CXC. *Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad universos pertinent.*

Quarum rerum emolumen tum omnibus prodest heredibus: earum rerum partes ad universos, id est, ad singulos pertinent, ut fundi, pecuniae. Via

vero, itineris quia partes nullæ sunt, non pars, sed integritas ad singulos pertinet, [ut *sup. de servit. l. Via. & sup. de verb. oblig. l.* Stipulationes non dividuntur.]

Vel ita potest exemplificari: sicuti effectus successionis heredi competit, ita & debita & credita ex ordine ad eum pertinebunt.

ULPIANUS Libro LXVII. ad Edictum.

CXCI. *Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum praefare debeat.*

Ex qua persona procuratoris, institutoris, magistri navis quis lucrum capit, ejus factum praefare debet, ut ex ipsius conveniatur contractu. Sicut etiam ex contractu filiorum, & servorum experitur & convenitur, [ut *sup. de procur. & de exercit. & institutoria & tributoria legitur.*] Ex delicto tamen filii pater non convenitur, nisi condemnato filio: tunc enim quasi contractum sit cum filio, pater judicati convenitur, ut *sup. de pecul. l. 3.* Sed nec dolo tutoris & curatoris pupillus adulstusve jacturam patitur, ut *C. si tut. & curat. & de judiciis properandum. §. ult.* Sane etiam de eo quod in pupilli rationem accepto latum est, pupillus ex contractu tutoris pro evictione tenetur, ne male cum tutoribus contrahatur, ut *D. de evict. l. Illud.*

IDEI Libro LXVIII. ad Edictum.

CXCII. *Parem esse conditionem oportet ejus, qui possideat, vel habeat, atque ejus, cuius dolo factum sit, quominus possideret vel haberet.*

Par est causa ejus, qui possidet, & ejus, qui desit possidere, ut *supra expositum est.*

PAULUS Libro LXIV. ad Edictum.

CXCIII. *Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.*

Cum ergo jus Praeses habeat damnum inferendi ei, qui contumax est: nec ipse tenetur, nec ipse, qui parere jubetur, [ut *sup. quod met. caus. l. 3. & sup. de injur. l. Injuriarum. §. Is, qui jure. & supra, ad l. Aquil. l. Quemadmodum. §. penult. & l. Liber homo. in princ. & supra, eod. l. Non videntur.*]

ULPIANUS Libro LXIX. ad Edictum.

CXCIV. *Hoc jure urimur, ut quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat.*

Omnis vis, aut publica, aut privata; quam qui facit, in crimen incidit. *l. Juliae vis publicæ seu privatæ.* Est autem vis, quæ ad legem Julianam non pertinet, qualis est quæ coercetur interdicto, Quod

vi, aut clam: nam qui prohibitus facit, ille vim facit.

**§. I. Dejicit & qui vel jussit, vel mandarvit, vel ratum habuit: Rati enim habitio mandato comparatur.**

Dejicit de possessione, qui vel jussit praesenti, vel mandavit absenti, vel ratum habuit id, quod factum est suo nomine. Nam si alieno, licet, ratum habeat, non obstringitur, & illa sola ratihabitio mandato comparatur, quæ est de delicto suo nomine facto.

**§. II. In contractibus, quibus doli præstatio vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.**

In contractibus, in quibus doli præstatio inest, vel coercetur dolus, vel bona fides inest, ut adhibetur: Heres ex dolo defuncti in solidum tenetur, salvo eo quod in deposito dicitur. Si enim deponitur causa incendii, tumultus, ruinæ, naufragii, haeres ex dolo defuncti convenitur in simulum, licet defunctus si vivere, conveniretur in duplum. Sed & heres ex dolo suo in duplum & convenitur & condemnatur, ut supra, depositi. l. 2. & l. Quod tumultus. Sed & alias, ut supra distinxi.

PAULUS Libro LXV. ad Edictum.

**CXCV. Fere quibuscunque modis obligantur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum.**

[ Ex contractu obligamur & ex maleficio; ] Et ex contractu, aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu. Qui re data obligatur, & soluta liberatur; qui consensu obligatur, contrario consensu re integra liberatur, & sic de ceteris. Fere posuit, quia non quocunque modo contracta obligatio est, potest verbis aut ipso jure, aut exceptione tolli, sicut superius dictum est. Sed & quibus modis acquirimus, iisdem modis in contrarium amittimus. Namque possessio animo & corpore quæritur; similiter opus est, ut amittatur & animo & corpore. Corpore solo non amittitur; sed si concurredit simul & animus. Animo vero solo dicitur amitti: quia licet in fundo sis, & tamen possidere nolis, protinus possessionem amittis. Si ergo a corpore incipis, ut si quæras utrum possessio amittatur corpore; respondebo non corpore amitti, sed corpore & animo. Si autem ab animo coepiris, animo amitti respondebo, [ ut inst. de oblig. & tit. de oblig. ex consensu. & tit. quib. mod. oblig. toll. & C. quando licet ab empt. discedere. & supra, de partis. l. Ab emptione. & sup. de acquir. poss. l. Possideri. §. In amittenda. & l. Quemadmodum. ]

Imo quod os aureum excogitavit, ut determinaret contrarium, si incipias ab animo non si a corpore, sic est interpretandum: non scilicet fate quærendo, sed re ipsa ab animo incipiendo, quippe si ab animo coepiris, id est, animo te nolle possidere constitueris: etiam in fundo manens amittis possessionem protinus omnem, etiam naturalem. Sane si a corpore coepiris, id est corporaliter de fundo exieris, non tamen animo defensio posse possessionis, nullam possessionem judicio meo amiseris.

ULPIANUS Libro LXX. ad Edictum.

**CXCVI. Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori, aut si rei quoque in ea re dolo actuum sit.**

Cum par est delictum duorum, semper oneratur petitor, melior habetur possessor: Sicut est quando libertus in jus temere patronum vocat, & alius patronum vi eximit. Cum enim uterque dolo facit, & libertus, qui sine venia vocat, & is, qui vi eximit: in deteriori loco libertus est, qui in simili delicto petitoris loco est; qui eximit potior est. Idem est si stipulator dolo rei non stet in judicio, & reus dolo stipulatoris: melior est reus, quam petitor dolo invicem compensando, [ D. de eo, per quem fact. erit. l. ult. §. Si & stipulator. ] Sicut de emptione & venditione legitur. [ l. Domum. §. ult. ] Cum ambo domum esse combustam, quæ vendebatur, non ignorarent. Non enim replicatio doli datur contra exceptionem doli: quia iniquum esset communem malitiam petitori præmio esse, & ei, cum quo ageretur, pœna esse, [ ut sup. de doli except. l. Apud Marcellum. ]

**§. I. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.**

Ex qua causa fur, qui in pœnam furti incidit, re subrepta, furti agere non potest. Nam & is, cum quo transactio facta est, si sub pœna aliquid dari promiserat, & alter controversiam non vult movere: si isto non dante, alter actionem restauret, pœna non est ab eo petenda, sicut & de illis dicitur, quorum uterque habebat adficia in via publica, [ ut sup. de fur. qui re sibi, & tit. ne quid in loco publ. l. 2. & C. de transact. l. ante penult. ]

PAULUS Libro LXV. ad Edictum.

**CXCVII. Factum cuique suum, non adversario nocere debet.**

Veluti si socius lucrum aliquod solus captans societati callide renunciet. Item si reus dolo acto-

ris

ris iudicio non sifit, ipsi actori non reo nocet, [ ut inst. pro socio, & sup. de eo, per quem fact. erit. l. 1. §. Si reus. ]

§. I. Non videtur vim facere, qui jure suo utitur, & ordinaria actione experitur.

Veluti si creditor exercens legem conventionis ingreditur possessionem pignoris; vel si propinquus corrigat quasi paterna affectione junioris errorem. Illum quoque dicimus vim non facere, qui ordinaria actione experitur, licet ab eo accepta occasione res militari manu auferatur possessori, [ ut C. de pignorib. l. Creditores. & sup. de rei vind. l. Qui restituere. & C. de emend. propinq. ]

§. II. In penalibus causis benignius interpretandum est.

Nam si fur deprehensus ducatur ad Praesidem, vel Praefectum: hoc ipso quod in peticulo majoris poenae deductus est, intelligendum est, poenam vel questionem furti remissam esse, [ ut supra, de furt. l. Interdum. & tit. de his, qui not. infam. l. Quid ergo. §. Poena. ] Illud quoque ex benignitate receptum est, ut judex pronunciando vim factam esse, de minori vi pronunciaisse existimetur.

Sed & qui creditur se non invito domino contristare, omisso rigore, ex benignitate excusat a furti poenali actione, ut inst. de furt. §. Placuit. Forte excipi potest, quod ubi quis non corrupti servum sicut voluit, tamen de rigore omisso benignitate poena corruptionis ei infligitur.

ULPIANUS Libro LXX. ad Edictum.

CXCVIII. Invitus nemo cogitur defendere.

Nisi eo consentiente dominus judicatum solvi cautionem exposuit alias, non compellitur: stipulatio tamen committitur. Si vero procurator est ad agendum, cogitur judicium suscipere, id est, defendere, nisi ad agendum causa cognita recusaverit, [ ut sup. de procur. l. Si defunctus. l. Sed & hæ. ]

§. I. Cui damus actionem, eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit.

Cui damus actionem, multo magis exceptionem, qualis est superficiarius, qui quoniam contra dominum habet utilem actionem in rem, exceptione non destituitur, [ ut sup. de superfic. ]

Ridiculum ergo est dicere in pictura possidenti non dari exceptionem: id est retentionem, sed actionem.

§. II. Cum quis in alicujus locum successerit, non est aequaliter ei nocere hoc, quod adversus eum non nocuit, in cuius locum successerit.

Si nihil impedimento fuit emptori, quominus usucaperet; & ejus heredi nocere non potest, quominus usucacionem perficere possit, licet heres

rem alienam esse cognoscat, [ ut supra, de usuc. l. Heres ejus. ]

§. III. Plerumque emptoris eadem causa esse debet circa petendum, ac defendendum.

Qualis causa fuit auctoris, emptoris plerumque talis esse debet circa petendum, ac defendendum. Nam quandoque melior conditio est: tunc licet si auctor malæ fidei possessor fuit, & emptor bonæ fidei possessor. E contra deterior, [ ut supra, de publ. l. Eum. §. In hac. & tit. de usucap. l. Ubi lex. & tit. pro emptore. l. 2. §. Si eam. ]

§. IV. Quod cuique pro eo prestatur, invito non tribuitur.

Cui æquipollit: Non potest liberalitas nolenti acquiri, [ ut sup. de donat. l. Hoc jure. ] vel pertinet ad privilegium, ut supra dictum est, [ & hoc supra distinx. ]

IDEM Libro LXXI. ad Edictum.

CXCIX. Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, ignoscitur servis, si vel dominis, vel iis, qui vice dominorum sunt, veluti tutribus & curatoribus obtemperaverint.

Ut puta in levioribus, parcitur servis obtemperantibus dominis, vel his, qui vicem dominorum habent: ut puta ex litibus & contemptione rixa nascente: aut si vis fiat juris dominici tuendi causa, aut defendendo dominum, ut supra, de act. & oblig. l. Servus non. [ & tit. de injur. l. Sed si unius. §. Si ius. ]

§. I. Semper qui dolo fecit quominus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet.

Sæpius expositum est.

§. II. In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisque pro ea parte, quia heres est. Hoc quoque sufficienter expositum est.

JAVOLENUS Libro VII. Epistolarum.

CC. Quotiens nihil sine captione investigari potest, eligendum est, quod minimum habeat iniquitatis.

Quoties nihil sine captione investigari potest, ut in Carboniano reperitur, eligendum est quod minus iniquum est, hoc est, ut minor alatur interim, rebus licet alienis. Effet enim iniquum famam periire, quod & ipsum supra ostensum est, [ ut C. de carbon. edict. l. ult. ]

Item si plures percutserint servum, & is perierit, & non appareat quis occiderit: statuere nullum teneri, durum est dicere. Alterum potius quam alterum conveniri durius. Ergo quod minus iniquum est eligatur, idest, omnes teneri, ut alter alteri non invideat, nec valeat insultare, ut *sup. ad l. Aquil. l.* Item mela. *l.* Ita vulneratus. §. pen. & ult.

IDEMLibro X. Epistolarum.

**CCI.** *Omnia, quæ ex testamento profiscuntur, ita statim eventum capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint.*

Omne relictum efficax est ita demum, si initium sine vitio est. Sed si quis filium habens, non instituit vel exheredavit, quamvis ante testatorem moriatur, testamentum non valet, quia initium sine vitio non est [ut *inst. de exhered. lib.*]

Legatum tamen, quod ab initio non valuit, convalescit, ut supra, tertio lib. *de legat. l. 1. & supra, de reg. Cato.* Et ego superius plene distinxii.

IDEMLibro XI. Epistolarum.

**CCII.** *Omnis definitio in jure civili periculosa est: parum est enim ut non subverti possit.*

Omnis definitio, idest, regularis traditio periculosa & difficilis est. Fere omnis regula subvertitur, si id species quod excipitur. Illa forte nec subvertitur, nec exceptionem patitur. *Liber homo non usucapitur, & si qua similis est.*

Ut & ego superius quoque distinxii.

POMPONIUS Libro VIII. ad Quintum Mucium.

**CCIII.** *Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.*

Ut socius, qui ex delicto furti vel injuriarum aliquid præfilterit, sibi imputare debet, non a socio exigere; nisi forte socio scienti communi- caverit. Tunc enim poenam pro parte extorquet. Si ignaro contulerit, rem tantum persequitur, [ut supra, pro socio. *l.*] Quod enim. *l.* Si igitur. *l.* Nec quicquam.]

Idem dicitur de creditore, qui sua culpa a debito cecidit, ut *sup. de solut. l.* Stichum. §. penult.

IDEMLibro XXVIII. ad Quintum Mucium.

**CCIV.** *Minus est actionem habere, quam rem.*

Qui enim actionem habet, rem ipsam habere videtur, verumtamen non habet.

Minus est inquam actionem habere, quam rem propter persequendi anxietatem, & sumptuum vexationem, & quia multa accidere possunt, ut rem non avocet etiam suam, sibive debitam, sicut de eo legitur qui vulneravit bestiam, ut eam non capiat.

IDEMLibro XXXIX. ad Quintum Mucium.

**CCV.** *Plerumque fit, ut etiam ea quæ nobis abi- re possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent: Et ideo quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem in prædio imponere possumus.*

Plerumque fit, ut quæ abire a nobis possunt, in eo statu sint, ac si abire & discedere a nobis & a nostro dominio non possint, qualia sunt ea, quæ fisco vel privato obligamus. Nam & vindicare interim & alienare cum suo tamen onere & servitutem prædio imponere possumus. In eadem causa forsitan sunt, & quæ vendimus, & quæ do-namus. Sed quæ legantur pure vel in diem cer-tam, alienari & obligari non possunt: absurdum enim est heredem rem, quam in bonis suis pure non possidet, posse alienare, & alienam spem de-cipere, & plerumque ad hoc pertinet, [ut *C. de hered. vel act. vend. l. Qui tibi. & tit. com-mun. de legat. & fideic. l. ult. & tit. de distract. pign. l.* Si debitor. Et in *Auth. de restit.* ]

IDEMLibro IX. ex variis Lectionibus.

**CCVI.** *Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detimento & injuria fieri locuple-tiorem.*

Nemo debet cum alterius detimento locupletari. Inde est, ut possessor hereditatis & malæ fi-dei restituantur etiam necessariae impensæ, sed & utiles, si extet res melior, [ut supra, de petit. hered. *l.* Plane.]

Usucapio tamen lucrum affert contra naturam cum alterius detimento. Sed & ubi quis bona fide ædificavit in solo meo, si possessionem non-dum restitutis impensis amiserit: ego soli dominus lucrabor ædificium, & nullo jure tenebor ad restituendum impendium, ut supra, de except. dol. *l.* Paulus. Item Dominus animalis a quopiam occisi solutum sibi pretium a quovis confitente, convicto negante lucrifacit contra naturam, & non restituit. Idem in legato præfrito venerabili loco. Item si quis chirographo se obligaverit qua-ni acceperit, cum non acceperit, & biennio filuerit, post biennum efficaciter tenebitur, & si sol-verit (solvere non compellitur) solutum non repe-tit, & is qui sibi solutum accepit licet contra na-turam, non restituet, sed lucrifaciet, ut *C. de non numer. pec.*

ULPIANUS Libro I. ad legem Julianam & Papiam.

**CCVII.** *Res judicata pro veritate accipitur.*

Sicut legitur in *Digest. tit. de statu hom.* ubi si libertus ingenuus judicatus sit: pro veritate accipitur sententia. Aliquando aliter est, ut si ex falsis instrumentis judicatum sit, & cum appellatur. Sed ea, quæ suspenditur appellatione, non pro-prie

prie res judicata dicitur, [ ut C. si ex fals. instrum. l. Falsam. & ult. & tit. de appellat. l. 2. & sup. de re judic. l. Divus. & tit. ad Turpill. l. 1. §. ult. & tit. de pœnis. l. 2. §. ult. & tit. de except. l. Qui adgnitis. & falsis quoque judicialibus juramentis, ut supra, de jurejur. l. Admonendi.]

Revocatur sententia lata patronis prævaricantibus, & falsis procuratoribus, & per corruptos testes, & contra fiscum lata absente advocato sententia rescinditur. Item causa prætextu novi instrumenti retractatur. Item post sententiam militi excipere permittitur, si nondum solverit, & mulieri & filiofamilias, & marito in solidum condemnato. Minor quoque interdum & major contra sententiam restituuntur, ut C. de advoc. divers. jud. l. 1. C. de procur. l. Licet. supra, de re judic. l. Divus. & C. de advor. fisci, sup. de re judic. l. Imperatores. & C. de iur. ignor. l. 1. supra, ad Maced. supra, soluto matrim. Ita tamen res judicata pro veritate accipitur, si ab eo sit judicata, qui potestatem habuit judicandi; nam alioquin quis non intelligitur condemnatus, nec etiam appellare necesse habet, ut supra, de pœnis. l. Rei. Sed & sententia data propter confessionem meru factam rescinditur, ut supra, de quæst. l. 1. §. Si quis ultro. non tamen nisi a principibus hoc fit, ut supra, de pœnis. l. Divi.

PAULUS Libro III. ad legem Julianam & Papiam.

CCVIII. Non potest videri desuisse habere, qui nunquam habuit.

Quapropter non potest agere creditor, quasi desierit habere, debitor quod querere potuit, sed noluit. Nec marito dabitur actio, quasi donaverit & habere desierit fideicommissum, quod uxori plenius reliquerat.

Sane rem mihi mortis causa donandam si jufsero uxori tradi, cum conditione teneat, si donator convaluerit, si obierit, illam habiturus fueram. Videor igitur desuisse habere, quod nunquam habui, ut sup. de donat. inter vir. & uxor. l. Idemque. Item usumfructum interpretatione desinere, qui nunquam cœpit competere, ut supra, usufruct. quemadm. l. 3. §. ult. Item

matrimonium aestimatur finitum, quod non cœpit, ut ex pacto id, quod nomine dotis datum est, repetitur, ut supra, de condict. caus. dat. l. Si extraneus. Item & is, qui patitur se in lite vinci, cum posset obtainere, vel in jure confessus est, diminuere de bonis videtur, & sic desuisse habere quod nunquam habuit, ut supra, si quid in fraud. patr. l. 1. §. Quid si.

ULPIANUS Libro IV. ad legem Julianam & Papiam.

CCIX. Servitutem mortalitati fere comparamus.

Factus servus pro mortuo habetur, ut jam nec testandi, nec judicandi, nec arbitrandi, nec testimonium dicendi officio fungatur, fere dixit, quia captus ab hostibus si redierit, non est pro mortuo, sed sicut vivens & nunquam captus omnia pristina jura recuperat.

Item sicut supra notavi, servus alioquin in judicio interesse potest.

LICINIUS RUFINUS Libro II. Regularum.

CCX. Quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu convalescere non potest.

Ut supra ostensum est. [ Si fuerit facta pure, nam si sub conditione, conditio expectatur.]

PAULUS Libro LXIX. ad Edictum.

CCXI. Servus Reipublicæ causa abesse non potest.

Ut habeat ea jura, quæ prodita sunt iis, qui absunt causa reipublicæ. Qui ergo promisit servum in judicio fisti, alias exceptiones posset prætendere, quas videlicet, opponeret, si pro libero fideiussiflet. Illam prætendere non permittitur, si servus Reipublicæ causa dicatur, ut habetur in tit. si quis caution. judic. fist. caus. l. Si quis servum.

Intelliguntur autem abesse causa Reipublicæ etiam, qui domi manentes in urbe annonæ deserviunt, ut supra, de jure immunit. l. Semper. §. Negotiatoris.



che non solo la vita di JESU CHRISTO, ma anche la vita di tutti gli altri Santi, è stata sempre un gran esempio per tutti gli uomini, e che non solo il suo amore per Dio, ma anche il suo amore per gli uomini, è stato sempre un gran esempio per tutti gli uomini.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini, questo è il vero amore per se stessi, questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini, questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

Il Signore JESU CHRISTO ha detto:

« Chi ammi i fratelli suoi, chi ammi me, chi ammi Dio. »

Questo è il vero amore per Dio, questo è il vero amore per gli uomini,

questo è il vero amore per il Signore JESU CHRISTO.

ANTONII AUGUSTINI  
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
AD INSTITUTIONES  
IMPERATORIS JUSTINIANI  
COMMENTARII

*Nunquam antebac editi, & ad Libri secundi titulum XXIII.  
de Fideicommissariis Hæreditatibus perducti.*

ANTONII AUGUSTINI  
ARCHIPIISCOLI TARRACONENSIS  
AD INSTITUTIONES

IMPERATORIS JUSTINIANI

COMITATU<sup>E</sup>A

MUNDUM PUTEPE EBNI S. IN PLATEA TIBURIA  
DE HISTORIIS HISTORIIS

## AD LECTOREM.

**E**legantem atque eruditam, ut Petrus Daniel Huetius vocat, græci viri & clarissimi Interpretis Theophili græcam Justiniani Institutionum παράφρασιν, latine reditam ab Antonio Augustino tibi offero, humanissime Lector; nec illam tamen integrum absolutamque, & quæ libros Institutionum quatuor comprehendat; sed partem utique dimidiam, quæ primum & secundum Institutionum librum, duobus exceptis secundi libri postremis capitibus, complebitur. De ejus vero præstantia & dignitate, ut verba facerem aliqua, instituti ratio postularet. Sed quanquam abunde laudat, qui hanc Augustino interpretationem attribuit, illud tamen sincere fatendum est, eam ceteris Augustini scriptis longo intervallo postponendam, & quasi in ima cera collocandam esse; sive hæc subito quadam ingenii calore exarata est ab Antonio Augustino; sive præcosæ quidam immaturi ejus ingenii fœtus existit, quem postea neglectum ad incudem, limamque non amplius revocarit. Adeo ille latine scribendo hic plenumque gracissat, ut verbo utar Plauti, adeo grāce syntaxi ubique fere tenaciter adhæret, ut durior paullo, & male sibi cohærens videatur non raro hæc semilatina versio. Et tamen illam Antonii Augustini scriptis annumerare non dubitamus, quum eam genuinam esse summi illius viri lucubrationem asseveranter affirmet vir clarissimus Mayansius, qui M.S. istud nobis liberaliter communicavit. Cujus viri testimonio atque iudicio quidquam derogare religioni habemus. Et alioquin, ut supra indicavimus, plura possunt ab eodem ingenio proficiisci inter se dissimillima, vel quod tyrocinium quoddam adolescentis ingenii aliqua redoleant, vel quod litoras castigationesque multas adhuc desiderent. Quomodounque res sit: postquam benevolo. Lectori factum, ut arbitror, probavi meum, illud non omnino vulgaris hujus antea ineditæ lucubratiunculae commendationis gratia addere opportunum duco: Interpretationem scilicet istam, qualisunque sit, præceptionum juris & doctrinarum soliditate exuberare, ut cuicunque vel recens jurisprudentia sacris initiato, vel intra doctrinæ juris adyta admisso, non inutilis, nec injucunda videri possit erudita hæc & bonæ frugis plena lectio. Quod unum vel maxime, in colligendis ubique tanta cura Antonii Augustini scriptis, solempne habui. Quapropter sicubi interdum, quod humanum est, errore non vitio peccavi, eruditus idemque benevolus Lector, si judicium non probat, certe propositum & consilium meum æqui bonique faciet.



ANTONII AUGUSTINI  
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
AD INSTITUTIONES  
IMPERATORIS JUSTINIANI  
COMMENTARI.

SANCTIO CONFIRMANS  
INSTITUTIONES.



Mperatoriæ majestatis est proprium non solum armis decorari, sed etiam legibus armari, ut utrumque tempus & belli & pacis recte gubernetur; & Romanorum princeps victorias referat non solum in hostiis præliis probatus, sed & legitimis studiis calumniatorum injurias expellens; fiatque tam juris religiosus, quam devictis hostiis triumphator.

§. Quorum.

Quorum utraque viam summis cum vigiliis maximaque providentia futurorum, Deo adjuvante, nos ter perfecit Imperator: Et fudores quidem ipsius bellicos barbaricæ gentes in servitatem redactæ prædicant, cognolentes experientia superiorem: & tam Africa, quam aliae innumerabiles provinciæ post multa annorum spatia victoris ejus cœlitus præstis, iterum ditioni Romanæ, & imperio ipsius additæ clamant. Omnis autem populus legibus ab ipso promulgatis & compositis regitur, quemadmodum & jus ipsum.

Et constitutiones quidem imperatorias confusas antea, & inter se pugnantes in luculentam reduxit consonantiam. Cumque tres essent codices, Gregorianus inquam, & Hermogenianus, & Theodosianus: præterea & aliæ multorum constitutiones, quæ post Theodosianum posita sunt; cumque multa esset in iis, quæ circumferebantur, dictis scriptis constitutionibus contrarietas: optimus nos ter Imperator, inutiles, & eadem dicentes & prævalentibus pugnantes reiecari cum voluisse, codicem conscribi jussit ejusdem nominis cum ipsius serenitate. Dignatus autem est sua cura, & immensa veteris juris volumina; & opus omni spe maius sicut per medium profundum incedens Dei benicitate adimplevit, & probatas veterum sententias uno collegit libro.

Hoc autem cum factum esset: Triboniano gloriose magistro, & exquæstori divini palatii mandavit, præterea Theophilo & Dorotheo viris illustribus & antecessoribus, quorum omnium fo-

lertiam & legum scientiam, & circa imperatorias jussiones fidem ex multis argumentis cognoverat divus Imperator: dictis convocatis mandavit specialiter, ut ipsius auctoritate ipsiusque admonitionibus persuasi, institutiones sive introductions legum componerent, ut adolescentibus liceat prima legum elementa non ab antiquis fabulis percipere: ( quæ enim olim prævaluerunt, nunc autem exolèta legentes, adimplantur iis, qui vulgaribus fabulis deletantur. ) Sed ex imperatorio splendore hæc accipientes tam ipsorum aures, quam animi nihil inutile, nihilque temere positum, sed quod per ipsam rerum obtinent experientiam, discerent.

Et quod antea vix post triennium legenti bus contingebat, ut tanto tempore post, imperatoria constitutiones legerent: nunc ex ipso ( ut ita dicam ) limine asequentur, tanto dignati honore, & tantam coniecuti felicitatem ut & initium & finis legum eruditionis a principali voce ipsi procedat. Præsens enim volumen ex principali componitur voce, primordium existens legum scientiæ: & post lectionem veterum legum expositionis, necesse est leges discentem constitutionum lectioni seipsum tradere.

Postquam igitur libri Digestorum sive Pandectarum, in quibus omnis veterum legislatio collecta est, per gloriosum Tribonianum & reliquos illustres & facundissimos viros composti sunt: post illos inquam, in quatuor hos libros, digestorum digestorum introductiones jussit serenissimus nos ter Imperator distribui, totius legitimæ eruditionis futuras prima elementa: in quibus breviter expositum est & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine obscuratum, ex imperiali remedio illustratum est.

Has autem introductions ex omnibus veterum institutionibus, & maxime Caii commentariis tam institutionum, quam librorum ipsius, ubi disputat de rebus quotidianis; & ex multis aliis voluminibus iidem tres sapientissimi viri compositas magno Imperatori obtulerunt. Serenitas autem ipsius, postquam eas legisset, cognovit oportere suum plenissimumque robur per constitutionem ipsius elargiri. Exhortatur igitur per præsentem functionem mitissimus

M m m

no-

noster Imperator, ad quos fecit hoc rescriptum, ut multa ope & alaci studio præsentes leges accipiant, & per earum legiōnēm sic seipso ostendant eruditos, ut optima spe nutriantur & foveantur fore, ut peracto toto legitimo opere, regant varias partes reipublicæ ipsius.

## INSTITUTIONUM LIBER PRIMUS.

## T I T. I.

## De Justitia &amp; jure.

§. Justitia.

**A**Nte omnia scire oportet justitiæ diffinitionem. Est igitur Justitia constans & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuens. Deinde dicamus, & quo modo diffinitur jurisprudentia. Jurisprudentia autem est divinarum & humanarum rerum notitia, justi & iusti scientia. His autem generaliter prævisis, nunc incipientibus nobis exponere leges & jura Romanorum reipublicæ sic videntur ipsa optime tradi posse, si primum quidem facili & simplici modo, deinde postea diligentissima atque exactissima expositione singula declarentur; alioqui in ipsis juris principiis rudibus & infirmis adhuc juvenum mentibus rerum multitudine & varietate oneratis, duorum alterum sequi necesse est: vel ut desertores ipso hujus studii efficiamus, vel etiam cum magnis laboribus, interdum & cum desperatione juvenes plerumque avertente, tardiores reddamus ad ea, quæ simplicius dueti sine labore, & sine diffidentia celeriter assequi potuissent.

§. Jurispræcepta.

Juris autem præcepta hæc tria: honeste vivere, alterum non ladrere, & suum jus unicuique tribuere. Hujus studii duæ sunt positiones five species, publicum, & privatum. Et publicum quidem jus dicitur, quod ad statum rei Romanæ spectat; privatum, quod ad singulorum utilitatem. Necessarium autem dicere de privato, quod est tripartitum: collectum enim est vel ex naturalibus præceptis, vel gentium, vel civilibus.

§. Hujus.

## T I T. II.

## De Jure naturali, gentium, &amp; civili.

**N**aturale jus est, quod ad omnia animalia, terrestria, aquatilia, & aerea porrigitur: Non enim ad homines solum vim suam natura coangustavit, sed disposuit aerea, terrestria constituit; neque in mari nascentia prætermisit ita, ut suæ providentiæ essent expertia. Exemplum autem naturalis Juris est maris & fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, & circa natos educatio, & studium: videmus enim non solum homines, sed & reliqua animalia inter eos, qui hanc legem observant, censi. Natura enim videns unumquodque animalium morte consumi, per matrimonium, & ex eo liberorum procreationem, & erga natos amorem, & educationem & successionem im-

mortalitatem his quodammodo est impartita.

Diximus in præcedentibus, jura aliqua quidem esse naturalia, aliqua gentium, aliqua autem civilia. Postquam igitur dictum est de naturalis Juris diffinitione & exemplis, necessario debemus dicere & de jure gentium. Nam rempublicam constituens, & volens legibus hanc ornare, duas has tenens vias legislationem constituit. Vel enim gentium Jus ponit, quod & naturale abusive vocamus: vel civile; & vel scriptum, vel non scriptum.

§. Jus autem Civile.

Quid est gentium jus? Gentium jus est, quod ad omnes homines, aut ad eos saltem, qui secundum rationem vivere volunt, extenditur. Exempla autem ipsius sunt, cædes abscindere, adulterum punire, furem in opibus punire, quoniam nocuit nobis circa opes: debitorem gratum esse erga eum, qui ei subvenit necessitatis tempore, servum subiici rationabilibus dominorum præceptis; fieri contractus, venditiones, emptiones, conductiones, locationes, deposita, sociates, mutua; & fieri donationes, testamenta conscribi.

Quid est civile jus? quod locale & utile appellatur, loco circumclusum, quod & loci utilitati se accommodat, & quæ loco illi sunt perniciosa, removet, corrupti locum illum impediens: ut Atheniensium civitas usq; est ad vedeto frumento, quia sterilis erat, & maximus erat apud ipsis frumenti defectus, & magna penuria frumentariæ gravitas: Huic igitur malo qui mederi vellet, quam aliam legem ferret, quam ut frumentarii mercatores immunes fierent vegetigalium? Hoc enim manifestato, ut multi adnavigarent Atticam, duo hæc efficiebant; velox propter indigentiam frumenti venditio: & illud ad hæc, quid vegetigal pro tali non dependent mercimonio. Multis autem adnavigantibus, merito multum advehebatur frumentum. Hoc igitur Jus Atheniensibus utile solis erat. Alexandrinis autem & aliis, quibus est frumenti copia, non solum superfluum, sed & ridiculum tam aliquam legem constituere.

Secundum exemplum civilis juris præbet Lacedæmoniorum civitas, quæ utebatur Xenaclasia, seu peregrinorum ejecione a Lycurgo instituta: ne propter peregrinorum commixtio[n]em corrupterentur, & pejores fierent Lacedæmoniorum mores. Talis lex quidem in pretio est apud Lacedæmonios; Athenenses autem pene derident, ut qui tantum a peregrinorum expulsione abhorrent, ut & ara misericordia honoretur apud ipsis: sic prompte ad se qui veniunt suscipientes, ut saepe præ nimia humanitate & bellare pro ipsis non dubitarint.

Omnis igitur populus vel scripto usus est jure, vel non scripto: & alicubi quidem suo, hoc est, civili; alicubi autem communis, hoc est, jure gentium. Quæcunque enim jura unaquaque civitas sibi ipso constituit, & intra ipsam consistunt, hæc jus civile appellantur. Quæcunque autem naturalis, videlicet gentium ratio inter omnes homines invenit, hæc apud omnes gentes servantur, & jus gentium appellata.

latur. Et populus igitur Romanus aliquando quidem civilis, aliquando autem gentium usus est jure, quod signatim, & quale natura est, in suis exponemus locis.

§. Sed jus  
quidem Ci-  
vile.

Sed civile jus ex unaquaque civitate, in qua obtinet, accipit denominationem, ut Atheniensium, ut Lacedæmoniorum. Si enim quis vult Solonis Atheniensium legislatoris, vel Lycurgi Lacedæmoniorum leges, jus civile Atheniensium vel Lacedæmoniorum vocare, non errabit, neque abhorrebit a veritate: Eodem modo & jus, quo Romana uia est civitas, jus Quiritum, hoc est, quo usi sunt Quirites. Romani enim a Quirino hoc est, a Romulo qui se ex Marte genitum jaetabat, Quirites appellantur. Quando autem quis indefinite dixerit Jus civile, non apponens cuius civitatis, Romanum significat: Sicuti cum poetam dicimus, nec apponimus proprium nomen, apud Gracos quidem Homerum, apud Romanos autem Virgilium de-notamus.

§. Jus autem  
genitum.

Gentium autem jus commune toti hominum generi est. Ufu enim exigente & humana necessitate requirente gens humana invenit per se multa, & constituit. Etenim & bella sunt exorta, & subsecutæ captivitates, & introductæ fervitutes: quod quidem adversari naturali juri certum est. Natura enim ab initio omnes homines liberos procreavit. Ex hoc gentium jure omnes prope introducti sunt contractus, sicut emptio, venditio, conductio, locatio, societas, depositum, mutuum, & alii perplures.

§. Constat.

Exposita igitur prima juris divisione, ex qua quidem aliud est jus naturale, aliud jus gentium, aliud civile: & unoquoque definito, & exemplis explicato: veniamus ad secundam juris divisionem. Jus igitur aliud quidem scriptum, aliud autem non scriptum. Et scripta quidem jura sunt haec, ut Lex, Plebiscita, Senatusconsultum, Placita principum, magistratum Edicta, prudentum Responsa.

§. Lex.

Non injundum autem arbitror discere quot apud Romanos sint legislatores, & quinam hi, & quomodo ab unoquoque leges latæ vocentur. Sex apud Romanos sunt legislatores: Populus, Plebs, Senatus, Imperator, Magistratus, urbis Romæ Prudentes. Et quid est populus? communis fortunæ conventus, connumeratis cum plebe etiam senatoribus. Quod autem a populo latum est jus, dicitur Lex: quoniam in scriptis populus legem ferebat: commune autem omni scripto juri nomen, Lex, in quantum ex ipsa deducuntur reliquæ quinque juris decernendi rationes. Quoniam vero summus omnium, qui jura decernunt, est populus, oportuit, ut & quod ab ipso jus constituebatur, communi scripti juris nomine cohonestaretur. Hoc autem modo legem ferebat populus: senatorio magistratu, veluti Consule, rogante, an vellet, juberet hanc legem ferri, populus annuebat. Plebs est reliqua omnis multitudo, exceptis senatoribus: ab ipsa autem lex lata plebiscitum vocabatur, hoc est, quasi quod plebs scivit, & confirmavit. Nam plebejo magistra-

tu, hoc est, tribuno ( hic est græce Demarchus ) rogante legem ferebat multitudo. Plebs autem a populo hoc differt, quo differt genus a specie. Populi enim appellatione omnes significantur cives connumeratis patriis, & senatoribus: plebis autem nomine absque patriis & senatoribus reliqui cives demonstrantur.

In tertio ordine legem ferunt apud Romanos senatus. Senatus autem est congregatio ex electis viris constans, ubi nulli plebejo aditus est. Ab ipso autem lex lata dicitur speciali nomine senatusconsultum, hoc est senatus legislatio. Sed potest quis dicere: quo modo cum populus coire posset, & legem, videlicet νόμον facere: in diversas divisit eam appellations? Causa haec est. In urbe Roma cum populus numero exuberaret: sedition, ut fieri solet, & dissensio aliqua exorta est inter senatorios & plebem, senatu forte primam rerum onanum ad se trahente. Hujus rei gratia inter se divisi sunt, & separatim per se agebant, & separatim rempublicam tractabant. Sed quoniam in republica non poterant vivere, quin negotia contraherent & contractus inirent, ad sedandas excitatas contentiones & lites, jura quedam a senatoribus decernebantur; plebs etiam seorsum leges ferebat. Merito itaque suscepserunt leges ab iis latæ diversam appellationem. Nam quod a senatu constituebatur, lex non poterat nominari, quia non accederet Plebis voluntas, & necessario ab auctoribus vocatum est Senatusconsultum, hoc est, syncleti decretum: senatus enim est syncletus. Consulere autem provide, & curam gerere. Quoniam igitur senatus constituendo jure, lites subinde contingentes ad suam curam revocabat, jure dictum est, Senatusconsultum. Cum autem & a plebeiis, orirentur litium materiae, jus ab ipsis constituebatur, quod nec ipsum poterat dici lex: quia non fieret secundum voluntatem senatorum. Vocabatur igitur plebiscitum, hoc est, multitudinis seu plebis decretum, & legislatio.

Quoniam autem inimicitias immortales manere apud ipsos non licebat, Hortensius quidam amans patriæ consuluit ipsis, ut deposita mutua malevolentia, ad concordiam revertentur, exponens gravia mala, quæ propter inimicitias contingunt, & tandem persuasos in amicitiam reduxit. Cum igitur in unum convenissent: Plebs postulare coepit, ut leges a se latæ tenerent, etiam senatorios. Petebat autem & senatus, ut senatusconsultum etiam contra plebejos valerent; & utrisque adversantibus, & quidem senatoribus deditantibus suscipere Plebiscita; Plebe autem graviter ferente, & senatusconsultis succumbere non volente: futurum erat ut renovarentur inimicitiae: usque quo ipse Hortensius sedata ipsorum dissensione, suasit ut alteri alterorum jura utrinque constituta susciperent, & illis parerent. Et sic lex quidem non potuit vocari, quod ab utrisque constitutum fuerat, quia ab initio per duarum partium consensum non fuisset constitutum. Postea autem & latum a Plebe, seu plebiscitum eundem exitum habuit, & eundem

§. Senatus-  
consultum.

§. Plebisci-  
tum.

dem sortitum est effectum, valendi, inquam, contra omnes, & legis vi:orem habet. Tempore autem procedente, & Romanis in multam multitudinem auctis adeo, ut difficilis in unum locum ipsorum esset conventus: leges ferendi causa justissimum existimatum est, in loco totius populi senatum solum legem ferre.

*§. Sed & quod principi.* Diximus tres legislatores populum, plebem, senatum; dicta igitur definitione uniuscujusque, & quomodo nominata sit ab ipsis lex lata, dicamus etiam de quarto legislatore. Quartus legislator apud Romanos est Princeps. Et quid est Princeps? Princeps est, qui potestatem imperandi a populo accepit, ab ipso autem latum nomine dictum est generali, Constitutio: id est διάτηξις, vel διάτεσσων. Secatur autem in tria, in epistolam, in edictum, in decretum. Et quid est epistola? Rescriptum Principis ad magistratus relationem de aliqua dubia re factum. Veluti, contigit in quadam praefectura, mortuo quodam fine aliquo herede ascendentium vel descendantium, duos de illius hereditate certare, fratrem, & patrum *beior*, vel avunculum defuncti. Horum igitur uterque dignum putabat se solum hereditatem adire: hic quidem ut frater, hic autem ut *veiō*. Lege igitur non extante, hanc incidente dubitationem, relatio facta est ad principem a provinciae magistratu; cognita relatione Princeps rescripsit fratrem mortui praeferri. Legem fert etiam in decreto princeps. Et quid est decretum? Sententia principis inter duas partes ab ipso judicatas probata, ut in eodem casu: Duo quidam contendebant de hereditate mortui cuiusdam, frater inquam, & *veiō* defuncti, utrum oporteat ad vocationem praeferri hereditatis. Et Princeps, utroque auditio, pronunciavit fratrem praeferri; & hoc lex est principis. Dicitur autem decretum a decernere, quod est spectare: contemplatus enim sua mente, quod ipse existimat iustum, pronunciat. Dicitur autem aequivoce decretum, etiam magistratus pronunciatio: Sed hoc differunt, quod Principis quidem decretum & ipsam & aliam hujusmodi quandocunque orientem controversiam decidit; magistratus autem ipsam dumtaxat; interdum autem neque ipsam, si provocatio consequetur. Legem fert autem & in edicto princeps. Et quid est edictum? Omne quod sua natura motus terminabit Princeps ad subditorum moderationem, & utilitatem. Dicitur autem edictum ab edicere, quod est, prædicere, & avertere ea, quæ si eveniant, subditis damno sint futura; sæpe enim per semetipsum consideravit princeps iniquum esse, quod a subditis ipsis factum est. Ut ad usuram dans quis centum nummos, vel solidos stipulatus est dari quotannis sibi solidos octo: iniquum hoc per semetipsum considerans princeps, & motus contra talia peccantes facit constitutionem, ut unoquoque anno causa solidorum C. fœnori datorum sex usurarum gratia darentur nummi seu solidi: quæ autem a principe constituta sunt aequiparari legi in confessio est.

Sed potest quis dicere, cum multa senatuscon-

sulta fierent, cur illa nihilominus contra plebeos non obtinebant. Et rursus, cum plebs esset immensa, cur non valebant Plebiscita contra Senatum: nisi Hortensius quidam contra utrosque, quæ ab utrisque sancta essent, ab omnibus custodiri suasiiset; & tamen Principis Constitutionibus, quæ ab uno homine emituntur, nemo repugnat? Sed dicimus, qui hujus rei causam scire velit, eum debere definitionem principis meminisse: Nam Princeps est, qui potestatem imperandi a populo accepit; populus autem in seipso senatum habet, & plebeos. Ergo neque Plebs hujus constitutionibus adversabatur, neque Senatus has improbabat; hoc enim facientes ipsi secum & cum suis ipsorum pugnassent suffragii. Populus enim hunc creavit, lege regia hoc confirmante, quæ de principatu lata omnem principi dedit in populum potestatem.

Quæ igitur a principe constituuntur, communi nomine vocantur constitutiones. Harum autem aliquæ sunt personales, neque ad exemplum trahuntur, quia non hoc princeps vult. Nam si cui princeps ob præclara ipsius in rem publica merita aliquid concederit, veluti ut immunitis sit a tributis: Et deinde contingit post hæc alterum non imparibus, vel etiam majoribus officiis juvare remp. talis non poterit ex illa lege similem sibi vindicare immunitatem, quia intra personam lex illa continetur. Sed et si supplicium interdum alicui peccantium, quam pro delicto induxit majus, vel & ei, qui peccavit, sæpius ignovit: id ad exemplum non trahitur. Itaque nec si quis postea in idem crimen inciderit, aut similem humanitatem assequetur, vel gravius, quam par est, punietur: quoniam intra personas eorum, quibus aut veniam data est, aut irrogatum supplicium, hæc concluduntur. Personales igitur constitutiones non excedunt eorum personas, quarum causa emissæ sunt; generales autem in omnes extenduntur personas, uti & ad res omnes.

Diximus quattuor esse legislatores Populum, Plebem, Senatum, Principem. In quinto ordine legem ferunt apud Romanos magistratus populi Romani, qui & ipsi sella curuli, quæ a Curru dicta est, utebantur: multi autem hi, & diversi. Generali autem omnes nomine vocati sunt magistratus populi Romani, hoc est, principes populi Romani. Legem ferebant autem hi non in epistola, neque in decreto, sed in edicto solum. Et quod causæ est, ut princeps quidem & in decreto legem ferat, & in edicto; magistratus autem in edicto solum? Hæc hujus rei causa. Qui olim Romanam rempublicam constituerunt, & hanc bonis legibus institui voluerunt; ideoque ne quid in jure decernendo admitteretur, quod merito reprehendi possent, maxime studuerunt. Hoc autem videntur consecuti, cum principis decreta & edicta legis vim habere voluerunt; magistratum autem non ita. Noverant enim magistratum multis suspicionibus subjacere, & vel amicitiae gratificari, vel donis corrumphi, vel odio & ini-

*§. Prætorum quoque.*

& inimicitia ductum judicare. Quæ in principem non cadunt. Neque enim auro allicitur, qui non solum nostrarum fortunarum, sed & ipsorum corporum dominus est. Neque amicitia causa jura transgreditur; nam si quem princeps amat hunc aliter juvare potest, unde & ille omnibus magis probetur: neque propter inimicitias quid facit, non enim odit aliquem princeps eorum, qui sub sua vivunt ditione; aut si quis talis inventus fuerit, illico mortuis annumerabitur. Porro per edicta solum jura constitutere magistratibus ideo permittitur, quoniam edicta proponuntur, antequam moveantur causæ, & controversiae, & omni mala suspicione ideo vacant. Præcipua autem juris constituerendi potestas data est prætori urbano, & prætori peregrinorum, & ædilibus curulibus. Et prætor urbanus inde nomen habet: quoniam prætor ab eo, quod est præire, hoc est, præcedere & præesse dictus est. Urbanus autem, quoniam urbs per excellentiam Roma dicitur: jus dabatur enim Romæ. Alter autem nominabatur prætor peregrinus. Prætor quidem, quod præiret; peregrinus autem, quia jus dicebat peregrinis & advenis. Postquam enim in multitudine innumerabili non sufficiebat omnibus audiendis Prætor urbanus, constitutus est peregrinus, ut jus daret peregrinis. Ædiles autem curules & ipsi legem ferebant. Nominati sunt autem illi, quod curæ ipsis erat templorum ornatus: ab ædibus dicti, (νομίμη enim, latine ædes, φροντίς, latine cura) & curules a cura: erat enim ipsis curæ, ne quis ante quadragesimum forte annum sacerdotium caperet. Vel quod magis est, quoniam forum curabant, sic nominati sunt: nam qui ædiles latine, græce ἄρχορχονται vocantur: vel quod omnium maxime ad verum accedit ex illo. Nam quo tempore sedatio erat, sicut apud senatores erat Cos. qui jus dicebat, & dirimebat causas; sic & apud plebejos præpositus est quidam, quem adibant, qui ope aliqua indigebant, & ab aditu ædilis nominatus est, Ædilis quasi Adilis: deinde euphoniaz gratia apposita est littera E, & ita factum est ædiles. Curules dicti, propter hoc quidem quod utebantur sella curuli. Horum autem edicta valebant & in provinciis. Dicebatur autem horum legislatio, jus honorarium, quoniam in honorem magistratus, & eorum, qui proponebant, id valebat, & in usum recipiebatur: Ædiles igitur jus constituebant de quibusdam causis, & horum edictum portio fuit, videlicet conjunctum fuit edicto duorum prætorum urbani & peregrini.

**§. Responsa.** In sexto ordine jus constituunt prudentes: Prudentes autem dico, quibus jura condere vel populus, vel senatus, vel princeps concessit. Jus autem quod ab ipsis constituitur, generali nomine vocatur responsa prudentum, id est, responsio sapientum, quoniam per interrogationem, & responsionem jura condebant. Responsum autem dividitur in sententiam, & opinionem. Et quid est sententia? Perfecta & indubitata responsio: ut licet hoc facere; non licet hoc fa-

cere. Opinio autem, remissa & cum dubitatione prolata responsio: ut, puto licere hoc facere; puto non licere hoc facere. Mandatum fuerat autem his, ut publice jura conderent, videlicet jura interpretarentur: qui & jurisconsulti appellati sunt, hoc est, de jure interrogati, nam consulere est interrogare; quorum sententiae & opiniones hanc habent auctoritatem, ut non habeat facultatem judex recedendi ab ipsorum responsionibus, ut etiam principis clamat constitutio. Et in his quidem est jus omne scriptum, hoc est in iis, quæ vel a populo constituta sunt, vel a Plebe, vel a Senatu, vel a Principe, vel a Magistratibus P. R. vel ex prudentum responso.

Non scriptum autem jus est, quod longa consuetudo consensu utentium firmavit, & ad imitationem induxit scripti juris. Inculpate igitur diceret aliquis, in duas species hanc civilem dividi legislationem, in scriptum jus, & non scriptum: Harum autem origo ex instituto duarum Civitatum, Athenarum, dico, & Lacedæmonis defluxisse videtur: in his enim civitatibus consuevit fieri hoc, & valere, ut Lacedæmonii quidem memoria suas leges custodirent; Athenienses autem illas servarent, quæ maxime scriptis consignatae essent.

Sed quidem jura gentium apud omnes gentes servantur, & remp. regunt veluti ex Divina quadam providentia, unde firmitatem, & immutabilitatem habent: Jus autem civile, hoc est, quod unaquæque civitas sibi ipsi constituit, mutari sæpe confuevit, vel tacito Populi consensu, vel alterius legislatione.

### T I T. III.

#### De Jure personarum.

Postquam diximus quid est Justitia, & enarravimus generalem juris divisionem: & item didicimus, qui olim jura constituerint; & quomodo ab unoquoque eorum, qui jura constituerent, singula vocata sint; & quomodo aliud sit jus quidem scriptum, aliud autem non scriptum: transeamus ad aliud, & discamus circa quot Romanorum versetur legislatio. Circa tria igitur est, circa personas, circa res, circa actiones. Et circa personas quidem, quum dicimus, ille Senator est, vel Plebejus: circa res, quando querimus, utrum ratum est factum ab aliquo testamentum, vel inutile est: circa actiones, quum ambigitur utrum huic competit actionio, vel non. Et oportet in primo ordine de personis differere, deinde de rebus, post hæc de actionibus: Hic autem recte constitutus ordinatio; quoniam ubi personæ quidem sunt, ibi & res contrahi in confessio est: atqui cum res existunt, tum etiam de actionibus querere necessarium. Oportet igitur de personis dicere; Nam nullius pretii & inutilis est juris cognitio, si personæ a nobis ignorentur, quarum causa jus constitutum est.

Per-

§. Ex non scripto.

§. Et non ineleganter.

§. Sed naturalia.

§. Summa  
itaqu.

§. Et liber-  
tar.

§. Servi-  
tus.

§. Servi  
autem ex eo.

§. Servi  
autem.

§. In ser-  
vorum.

Personarum igitur summa divisio hæc est, quod hominum aliqui quidem sunt liberi, aliqui autem servi. Et quidem libertatem, ex qua liberorum constituta est appellatio, sic definire oportet. Libertas est facultas naturalis unicuique concedens facere quæ vult, nisi jus aut vis prohibuerit: Vis quidem, quoniam voluntem me interdum quid facere, quod jure non negatum est, fortior aliquis, & plus habens virium prohibet. Jus autem, veluti quem suppliciorum minis cohibeat facere, quæ volo: servum enim facere aliquid ex sententia sua etiam domini metus impedit. Servitus autem est gentium juris constitutio, ex qua aliquis subiicitur alterius dominio contra jus naturale; natura enim omnes liberos produxit; sed bellorum machinatio servitutem invenit, nam belli jus sub potestate & dominio victoris vult viatos esse.

Et servi ex eo appellati, quoniam Imperatores captivos, quos volebant vendere, servabant, & occidi prohibebant: a servando igitur nominati sunt servi, qui & mancipia dicebantur, quia manu capiuntur ab hostibus. Servi autem vel nascuntur, vel fiunt: Nascuntur qui nobis ex ancillis nostris progeniti sunt: Fiunt ex gentium jure, hoc est ex captivitate, vel jure civili: ut, quando quis liber, & major xx. annis ad participandum precium seipsum patiebatur venundari. Egi enim fortasse cum aliquo, ut me venderet aureis, verbi gratia, viginti, & ipse quidem sibi quinque pro lucro haberet, mihi autem daret quindecim. Talis enim ex speciali Romanorum legislatione privationem sustinet libertatis, quam violavit, indignum seipsum hac demonstrans, & liberum arbitrium, quod per sibi adherentem illam habebat, prodens vilis auri acceptance.

Et quidem servorum conditio nullam recipit differentiam. Non enim licet dicere de ipsis, Minus servus, vel magis servus: est igitur individua servitus; in liberis autem multas invenimus differentias; vel enim ingenui sunt, vel libertini.

#### T I T. IV.

##### De Ingenuis.

**D**lximus liberos in duo dividi, in Ingenuos, & libertinos. Et Ingenuus est, qui statim cum ipso ortu liber, & nondum jugum servitutis expertus est, sive ex matrimonio duorum ingenuorum natus est; sive ex duobus libertinis; sive una persona est ingenua, altera autem libertina. Si autem aliquis ex libera natus fit matre, servo autem patre, ingenuus similiter erit: ut ex libera matre & incerto patre, hoc est, vulgo conceptus: neque enim lœdit filii ingenuitatem ex meretricio coitu conceptum esse. Sufficit autem liberam esse matrem partus tempore, et si conceptionis tempus vidit ipsam servam. Et e contrario si libera conceperit, facta autem Ancilla peperit, ut quia passa est

§. Sed &  
fi.

seipsum vendi, & ex precio cepit, liberum est quod nascitur: Nam qui in utero est, non lœditur ex calamitate, quæ matrem circumvenit. Quoniam autem diximus sufficere infanti ad libertatem, quod libera in pariendo sit mater; & quando conceptio in libertate contigit, partus autem in servitute liberum esse, qui nascitur: hinc specta quid ex hoc quæsitum est. Ancilla quædam existens conceptionis tempore manumissa est: parvo tempore intercurrente, Ancilla facta est, & peperit in servitute: videamus utrum liberum, an servum est, quod nascitur. Et dicimus liberum esse; sufficit enim existenti in ventre medio tempore liberam fuisse matrem, quod & verum est.

Natus autem ingenuus si in ignorantia suæ serviverit conditionis, deinde manumissus sit, nullum sustinebit circa ingenuitatem documentum ex eo, quod manumissus sit. Hoc enim saepe a principibus constitutum est, eam, quæ ex superfluo datur, manumissionem præjudicium non facere ingenuitati. Et quomodo contingit ingenuum manumissum esse? casu proposito ostendamus. Habebam ego liberam quandam mulierem ad concubitum: peperit hæc, & annulum, verbi gratia, relinquens natum, mortua est. Contigit & me mori paulo post. Hæres meus cum invenisset in mea hereditate puellum, existimavit esse servum. Sed & ipse adultus factus suam ignorabat conditionem. Jus autem, cui non ignotum est verum, ex heredis, & pueri ipsius errore non mutavit ipsius ingenuitatem. Quod si meus heres sua ipsius benevolentia invitatus manumiserit, quæ ex superfluo, ut dictum est, data est: manumission propter falsam servitutem, veram non corrumpit ingenuitatem.

§. Cum  
autem.

#### T I T. V.

##### De Libertinis.

**D**lximus qui sunt ingenui, dicamus & libertinos. Libertinus autem est, ex justa servitute manumissus, adde autem, & legitima. Igitur libertinus est, ex justa & legitima servitute manumissus. Adjacet definitioni *iusta*, ut exceptam in ignorantia sui status servientem; *legitima* autem additum est, quia natura nescit servitutem, sed inventa est ex belli jure. Libratio autem horum dicitur apud Romanos manumission. Et quid est manumission? Datio libertatis: Etenim quandiu aliquis est in servitute, manui & potestati subjacet nostræ, manumissus autem recedit a subjectione. Hæc autem libertas a jure gentium originem cepit, quia jure naturali omnes liberi nascuntur: neque enim erat cognita manumission incognita servitute. Postquam autem gentium jus introduxit servitutem, consequenter manumissionis beneficium utile visum est. Et dato nobis a natura uno hominis nomine (omnes enim homines appellamus) jus gentium tria hominum esse genera constituit. Sunt enim liberi, & li-

be-

beris contrarii servi; & tertium genus libertorum, hoc est, eorum, qui desierunt esse servi. Diximus hominum aliquos quidem esse servos, aliquos autem liberos: & servitutem quidem individuam esse, libertatem autem seari in duo, in ingenuos & libertinos. Est autem ingenuitas individua non habens magis, vel minus in seipso. Videamus autem de libertinate, quæ & ipsa hodie individua est. In tria olim dividebatur, ut procedente oratione dicemus. Definivimus autem in præcedentibus, quis esset libertinus.

**§. Multis.**

Multis autem modis manumissio procedit. Vel enim ex sacris constitutionibus in sacrafanctis Ecclesiis manumittere possumus; vel apud Magistratum, quod fit vindicta; (causam autem nominis discemus) vel inter amicos, vel per epistolam, vel in testamento, vel in quacunque ultima voluntate. Et aliis plurimis modis libertas dari potest, quorum aliqui quidem ex veteribus, aliqui autem ex constitutib[us] nostri principis introduci sunt.

**§. Servi.**

Manumissio autem servis in omni tempore jure dari potest, etiam nefasto die. Non solum existente magistratu in suo prætorio, sed etiam procedente fieri potest, ut accedentem manumittat: ut quum Pretor Romæ, vel Proconsul; vel Provinciae Præf[ectus] in provinciis ab balneum, vel theatrum abit; vel forte in publicis ædibus, vel propter quancunque causam in publico comparet loco.

**§. Libertorum.**

Libertinorum autem tripartita erat divisio. Multi enim manumissi modo quidem majorem & justissimam consequebantur libertatem, & fiebant cives Romani; modo autem minorum, & efficiebantur latini Juniani ex lege Junii Norbani, qui auctor fuit ipsorum conditionis. Deditios autem introduxit Ælius Sentius. Dicit enim, si quis in tempore ieritutis inciderit in aliquod ex iis vitiis, quæ ab eo reperta sunt: ut si propter aliquod peccatum ceperit stigma in fronte, sive injectus fuerit in publicum carcерem; vel etiam propter aliquod peccatum verbera accipiens confitetur se peccasse, & deinde benevolentia domini recuperata manumissus sit: factus est deditius libertinus. Nominavit autem ipsos deditios ad imitationem peregrinorum. Cum aliquando enim quidam peregrinorum subjecti essent Romanis, tyrannicum quoddam commenti contra Romanos, arma ceperunt contra ipsos. Et ex adverso instructi Romani vicerunt: nequeentes enim ipsorum sustinere robur peregrini, abjectis armis seiplos dediderunt. Humanitate usi autem Romani vitam ipsis donaverunt, contumelia autem affecerunt eos in sola appellatio[n]e, deditios nominantes, quoniam dediderunt seiplos. Et hi igitur libertini, ex lege Ælia Sentia nominati sunt deditii: ut quorum communis erat facti turpitudo, communis esset item appellatio. Sed deditii quidem ex multis jam temporibus in desuetudinem abjerunt; latinorum autem nomen non frequentabatur. Unde & noster princeps augens omnia, & in melio-

rem ordinem transferens, in duabus constitutionibus antiquorum veterum correxit peccata, ablata deditiorum & latinorum conditio[n]e, libertinorum autem conditione in antiquam formam revocata, & uniformi manumissione facta. Quando & a primordiis Romanorum imperium simplicem quandam libertinorum conditionem cognovit, ut eandem haberent libertatem, quam & manumissor habebat, & utriusque essent eives Romani; in hoc solo different, quod manumissus quidem erat libertinus, licet manumissor ingenuus esset. Et deditios quidem constitutio substulit sacratissimi principis rescripta ad suggestionem Triboniani excellentis exquæstoris, & hanc inter decisiones connumeravit, quas antiquorum dijudicans ambiguates in vulgus emisit. Latinos autem Junianos, & omnem, quæ fuit circa ipsos, observantiam, eodem suggerente glorioſissimo exquæstori e republica expulit per alteram constitutionem: quam etiam radiantem videre est inter principales constitutiones, ut omnes libertini cives sint Romani, nulla existente differentia circa ætatem manumissi, vel dominium manumissoris, vel modum manumissionis, sicut jam antea observabatur. Quid autem hoc sit, necessarium est dicere.

Hab[et] hæc instar cuiusdam præviæ cognitionis: Est apud Romanos legitima ætas, est & naturalis ætas; legitimum dominium, & naturale dominium; legitimus modus manumissionis, & naturalis modus manumissionis. Et naturalis quidem ætas est, quæ minor est XXX. annis; legitima autem, quæ supra triginta, non quia majorem XXX. annis ætatem natura ignoret; (omnis enim ætas naturalis) sed quia lex specialiter meminit ejus, quæ est supra XXX. annos: propter hoc dixi ipsam legitimam. Est igitur, ut dixi, naturale dominium. Et quidem naturale dicitur in bonis, & dominus bonorum dominus, Legitimum autem dicitur jure Quiritum, hoc est Romanorum. Quirites enim Romani a Romulo, ex quo originem habuerunt; Dominus autem jure quiritum dominus. Si quis autem utrumque habuisset dominium, dicebatur pleno jure dominus, ut habens utrumque legitimū & naturale.

Est & legitimus modus manumissionis, & naturalis modus manumissionis. Et legitimus modus fiebat tribus modis, vindicta, censi, testamento. Et vindicta erat per magistratum facta manumissio. Dicebatur autem vindicta, quia vindicabatur mancipium in naturalem libertatem: vel a Vindicio quodam, qui cum esset fervus, infidias futuras contra Romanos indicavit, & manumissus est publice a Romanis; & in honorem hujus omnes per magistratum manumissi dicebantur vindicta manumitti. Censi autem procedebat hoc modo: censu erat tabula, vel charta, ubi Romani conscribabant suas fortunas, ut belli tempore pro modo sui patrimonii unusquisque tributum penderet: In hoc igitur censi signando, si servus jussu domini seipsum liberum scripsiisset, rece-debat a ieritute. Testamento autem, quando quis

quis suum servum manumisit in testamento.

Naturales autem modi manumissionis erant tres; inter amicos, per mensam, per epistolam. Et inter amicos quidem, quum amicis praesentibus manumittebant aliquem. Per mensam, quando simul convivari in libertatis datione imperabant servo. Per epistolam, quando commoranti ipsi in alia regione per epistolam mandabant, ut degeret in libertate. Postquam tibi haec prævisa sunt, vide reliqua. Quum tria legitima concurrerent in manumissio servo, ut & ipse supergressus esset trigesimum annum, & haberet in ipso dominus legitimum dominium, hoc est, ex jure Quiritum: Servus autem manumitteretur vindicta, vel censu, vel testamento, delictum autem non subesset: omnino manumissus fiebat civis Romanus. Delictum autem si non subesset, neque tamen concurrissent tria legitima, vel quia servus erat minor XXX. annis, vel dominus bonorum solum erat Dominus, neque habebat etiam legitimum dominium; vel fiebat manumissio per mensam, vel per epistolam, vel inter amicos; vel duo interdum deerant legitima, vel etiam tria: manumissus fiebat latinus Junianus: Delicto autem subjacente, omnino fiebat dedititius. Sed haec quidem antiquo more. Hodie autem quum uniformis est libertitas, ut dictum est, manumissus omnino fit civis Romanus, nullo habito discrimine neque circa dominium, neque circa modum manumissionis, neque circa etatem.

### T I T. VI.

#### *Qui & ex quibus causis manumittere non possunt.*

**D**ocuerunt nos præcedentia quot modis fit manumissio, nunc necessarium est discere, quod non omni domino præbere licet libertatem: nam in fraudem creditorum manumittens nihil facit; Ælius enim Sentius impedit libertatem, odit enim suam minuentes substantiam in damnum illorum, qui in tempore necessitatis indigentibus præbuerunt pecunias. **S. Lices.** Ipsi autem haec jubens, dedit aliquibus facultatem manumittendi, et si minuitur illinc ipsorum substantia, hoc est, iis qui solvendo non sunt. Is autem non solvendo est, qui plura debet, quam quæ possidet. Is igitur in multa constitutus fit trifilia necesse est, reputans non tam quæ ipsi vitae multa & gravia imminent mala, quæ interdum possunt quibusdam modis evitari, quam cogitans, quæ post mortem sibi accessura sit ignominia; nullus enim, qui sapiat, adire volet hæreditatem, ex qua lucrum quidem nullum sperandum sit adeundi; sed ignominia, infinita molestia, damna, & lites sint affuturæ. Nullo igitur succedente in hujus hereditatem, necesse erit vñndari a creditoribus hujus bona, & inde ipsius memoriam imminui & lacerari. Creditores enim non dicent illius heredis res vendi, sed defuncti. Dicit igitur ei, qui solvendo non est, Ælius Sen-

tius, ut si habet servos, unum horum instituat heredem cum libertate, qui post mortem fiet illi heres ex necessitate, dictus solus & necessarius: Solus quidem, quia unum & eum solum ei, qui solvendo non est, licet scribere heredem. Nam usque ad unum suam ille vitiat legem. Necessarius autem, quoniam & nolens fit heres. Fiebat autem hic heres, cum nemo alias heres esset ex testamento, vel quia alter non sit scriptus, vel quia scriptus nolebat hereditatem adire. Maximæ igitur fuit hoc providentia legis, ut ii, qui non sunt solvendo, quorum unusquisque recusabat hereditatem, servum suum hæredem haberent, qui satis creditoribus faceret, & debitum pro ipsis exolveret: vel hoc non existente, creditores res venderent, non amplius defuncti, sed heredis; & inde ab omni contumelia defunctus vindicaretur, & beneficio uterque afficeretur, mortuus felicet, & manumissus. Nam qui non solvendo mortuus est, et si in servi æstimatione suas minuerit facultates, tamen ignominiam vitavit; servus autem & si ignominia sit affectus, at mercedem habuit ignominiae manumissionem.

Si autem & sine libertate servus scriptus eset heres, liber fiebat. Hoc constitutione nostri principis generaliter, cautum est, siive egens siue dives fuerit mortuus, nova humanitatis usus ratione: ut ex ipsa sola institutione servus manumittatur. Non enim est verisimile, nolle dominum illum esse liberum, quem sibi ipsi successorem esse studuit, sed remanere in servitute, nullum autem suæ heredem esse substantia.

In fraudem creditorum quo modo quis manumittere videtur, necessarium querere. Et aliqui quidem dicebant illum in fraudem creditorum manumittere, qui plura debebat his, quæ possidebat; aliqui autem illum, cui nihil relinquitur post debitorum subtractionem, cuius quidem substantia præsens explere creditores sufficit; data autem libertate, contingit creditores injuria affici, quia hoc modo minuantur ejus bona, ita ut non possit satisfacere creditoribus. Prævaluit autem non solum videre, an non solvendo sit manumissor, sed an & in fraudem creditorum dat libertatem. Tunc enim & ratio prohibetur libertatis, quum & spectatur consilium, & eventus acciderit. Ergo utrisque quidem concurrentibus, servus non manumittitur; uno autem deficiente, servus liber efficitur. Est autem deprehendere utraque, consilium & eventum in casu tali. Possidebat quis CCC. aureorum patrimonium, hic debebat CCC. aureos, voluit in fraudem suorum creditorum manumittere servos dignos precio C. aureorum, quo modo reddebat ipsius patrimonium nummorum ducentorum. Hic utrumque est, consilium, & eventus. Etenim malo animo hoc fecit, & eventus danno afficit creditores. Deficit autem eventus sic: Habens quis mille aureos in bonis putabat habere tantum trecentos, debebat autem quadragesimos: manumisit suos servos in fraudem creditorum pre-  
cii

cii C. aureorum. Hic consilium quidem pessimum: in damnum enim factum est creditorum; sed eventus ipsis damno non est. Etenim & deducta manumislorum servorum aestimatione, relinquitur in bonis quo abunde nomina creditorum dissolvi possint. Deficit autem consilium, ut in hoc casu: Habebat quis mille aureos in bonis, debebat CCCC. Contigit hunc relinquere propriam patriam: & ex quodam fortuito casu diminuta sunt ipsius bona, forte domo incensa, vel prolapsa, ut deinde jam ad CCC. nummos aureos res reciderit. Nondum cognita diminutione suæ substantiæ, precii C. aureorum servos quosdam, quorum benevolentia gratiam volebat referre, manumisit. In hoc casu mala non est intentio, sed eventus laedit creditores. Non sufficit enim quod reliquum est, substantia creditores dimittere. Ecce enim hic putabat multas esse suas facultates, & posse satis inde fieri creditoribus, & benevolentissimos manumisit servos. Et ubique ostensum est, malam fraudem non subesse, eventum autem esse pessimum: quoniam non sicut putabat, vere majus fuit debitum ipsius patrimonium. Interdum enim per ignorantiam aliter opinamur de nostris facultatibus, quam verum habeat. Ergo oportet (ut breviter dicam) tunc irritas fieri manumissiones, quando malo animo servos manumisero, & factum meum damno afficiat creditores.

*§. Eadem  
lege.*

Cognovimus ex praecedentibus Ælium Sentium irritas facere libertates in fraudem creditorum datas, odio habentem manumittentis mentem, tanquam ad injuriam aliorum intentam. Eadem lex prohibet libertates datas a minoribus XX. annis non propter odium; sed propter benevolentiam manumittentium: sciebat enim id ætatis homines facile decipi, etiam servorum adulacionibus, & hoc modo suam ipsorum diminuere substantiam. Hoc igitur sciens illorum insidiis suam ipsius legislationem opposuit; vetans autem hos suum servum manumittere, jussit manumissionem justa de causa apud magistratum in consilio approbari. Dicamus autem prius quid est consilium, & sic dicemus justas causas. Consilium est confessus claroram virorum certo anni tempore constitutus. Fiebat autem hoc consilium non solum Romæ, sed & in provinciis: constituebatur autem in tempore conventus. Et quid est conventus? certum tempus ad dissolutionem controversiarum introductum: Romani enim totum fere annum in bello gerendo impendentes, quodam tempore ab hyeme, & his quæ in ipsa sunt, difficultatibus impediti, quoniam quidem in communi vita non licebat esse sine litibus, dimissis armis judiciis vacabant; & multos ad hoc judices constituebant qui dirimerent ipsorum controversias, qui dicebantur recuperatores, quia per eos unusquisque debitum recipiebat. Dicebatur autem tempus illud a conveniendo conventus, quoniam convenire est congregari. Congregabantur autem in idem judices & rei: in ultimo autem die conventus ha-

*Tom. II.*

bebatur consilium. In provinciis hoc modo. Procedebat magistratus, & sedebat in suo tribunali; & cum ipso XX. viri, qui dicebantur peregrini recuperatores, quia per eos mancipium naturale libertatem recipiebat (nisti enim naturam omnes liberos produxisse) & apud hos allegabantur manumissionis justæ causæ a manumittentibus. Habebatur autem & Romæ consilium uno die conventus, prætore sedente in suo tribunal, & confidentibus cum ipso quinque senatoribus, & quinque equitibus Romanis. Equitum autem Romanorum dignitas minor erat quam senatorum.

*§. Justæ.*

Quoniam dictum est de consilio, dicamus & de justis causis. Justa est causa, quando minor XX. annis vult patrem, vel matrem manumittere: quos fecit quidem natura filio parentes, voluntas autem domini servos reddidit. Et quo modo provenit hunc quidem in servitute natum liberum esse & Romanum, parentes autem sub filii esse dominio? Fac tres sub uno & eodem esse dominio, morientem autem dominum instituisse filium heredem minorem XX. annis, & hoc modo suorum parentum cum aliis rebus dominum ipsum esse factum; deinde cum nollet filius in servitute parentes suos videre contumelia affectos, manumisit hos in consilio. Justa est causa etiam si quis dicat: filius est meus naturalis, filia mea est naturalis. Facito enim fuisse aliquem captum amore suar ancillæ, & habuisse ex ipsa filium, vel filiam; servum fuit, quod natum est, ut ex servo utero progressum. Rursus & illa justa causa est, si quis frater meus est naturalis, & soror mea naturalis. Quoniam enim meus pater servæ suæ mixtus habuit filios, quos non manumisit, illo autem mortuo, horum ego dominus jure sum factus, & hos propter naturalem liberavi cognitionem: Justa causa est. Item si quis dicat: pædagogus meus est, vel nutrix, vel educator, vel alumnus, vel alumna, & communiter dictus connutritus, vel connutrita, hoc est, collactaneus. Idemque est si servum manumittere volo procuratoris habendi gratia, ad hoc ut liber factus citra impedimentum omnes meas res gubernet: vel ancillam manumisi matrimonii causa, hoc est ut, capiam ipsam in uxorem, quoniam enim inter liberum & servum non constituuntur nuptiæ, ideo ipsam manumisi. Is autem, qui manumittit matrimonii causa, intra sex menses debet ipsam ducere uxorem, nisi justa causa impedit: Voluti, quando senator fuit manumislor, nam senator libertinam uxorem ducere non potest: qui autem manumittitur procuratoris habendi gratia, debet major esse decem & septem annis. Quum semel autem justa causa in consilio approbata est, sive vera sit, sive falsa, non retractatur manumissionis probatio. Dura enim approbatur, contradicere licet, & hujus dationem prohibere: quæ probata postquam est, non creditur ei, quicunque dicit justam causam esse fictam.

*§. Semel.*

Postquam autem diximus minorem XX. annis ergo.

*N n n*

*nis*

nis manumittere non posse, nisi justam dixerit causam in consilio, hinc absurdum quiddam o ritur. Evenit enim ut is, qui quatuordecim annos habet, possit legata relinquere multi precii, & testari, & heredes instituere, & quo vult modo de sua ipsius hereditate disponere, servum autem X. aureis aestimatum non possit manumittere: Ridiculum igitur jus, quod quidem majora largitur, minora autem non permittit. Quod utique non ferendum existimatur, ut quis omnia quide n sua bona in quem vult transferat, manumittere autem servum unum non possit. Ideo sacratissimus noster Princeps motus tali juris absurditate jussit ut, sicut de aliis rebus disponit adolescens testator pro voluntate, sic & suos servos XX. annis minor manumittere in testamento permittatur. Quoniam autem inestimabilis res apud Romanos est libertas, & id propter ante vigesimum annum Ælius Sentius libertatem dari vetuit, ideo medium quandam viam ipse ingressus non aliter concessit minori XX. annis testamento dare libertatem suo servo, quam si XVII. annum impleverit, & attigerit XVIII. Cum enim veteres majori XVII. annis patrocinari concederent alii: quare non dicamus ipsius judicii statibilitatem ad suum servum servitute liberandum non ei prodeesse? Qui enim adeo sapit ut alias patrocinio juvare possit, is haud dubie & sibi recte consulat. Ergo minor XX. annis inter vivos quidem non manumittet, testamento autem post XVII. annum hoc faciet. Sex enim anni cum sint a quartodecimo usque ad vigesimi impletionem, Princeps in primis tribus annis usque ad decimumseptimum prohibitionem servavit Ælii Sentii, post decimumseptimum vero hoc fieri concessit.

## T I T. VII.

*De lege Fusia Caninia.*

**A**ius quidem Sentius minori XX. annis domino suum servum liberare non concedebat: erat autem alia lex de manumissione differens Fusia Caninia, quæ in universum manumitti solebat testamento, hanc autem legem clementissimus noster Imperator ut libertati adversantem, & invidenter manumissioni per suam sustulit sanctionem, inhumanum esse judicans vivos quidem habere licentiam omnes suos servos manumittendi, nisi qua causa impedit; (ut si manumislor sit minor XX. annis, vel in fraudem creditorum manumittat) morientibus autem non concedi suos servos absque impedimento manumittere.

## T I T. VIII.

*De his, qui sui, vel alieni juris sunt.*

**C**ompleta est nobis prima personarum divisione, in qua dictum est hominum quidem aliquos esse liberos, aliquos autem servos, &

servitutem quidem esse individuum quiddam esse, libertatem autem in duo dividi: quosdam enim esse ingenuos, quosdam autem libertinos: & quidem ingenuitatem esse individuam, libertitatem autem olim in tria genera dividi. Quoniam libertinorum aliqui fiebant cives Romani, aliqui autem Latini Juniani, aliqui dediticii. Addidimus etiam conditionem Deditiorum, & Latinorum diversis constitutionibus esse sublatam a clementissimo nostro Principe: ut reliquum sit libertitatem esse unius speciei, sicut est ingenuitas. Dicatur & de secunda personarum divisione: Hominum enim quidam sunt alieni juris, quidam autem sui. Dicamus igitur prius personis, quæ alieno juri subjectæ sunt. Hinc enim & facilis erit cognitio de his, quæ sunt sui juris: quæcumque enim non in his numerantur, manifestum esse eas in sua potestate. Potestatem autem habemus vel in nostros servos, vel in nostros liberos. Ac prius videamus de his, qui sunt in potestate saorum dominorum.

Est autem potestas summa licentia. Hæc autem in servos potestas jurisgentium est: non solum enim apud Romanos hæc in usu habetur, sed & apud alias gentes. Et est maxima hæc in servos potestas, quum vitæ, necisque potestatem habeamus in ipsis, & licet nobis impune hos occidere; & quodcumque unquam per servos acquiritur, hoc domino acquiritur: Hodie autem nulli hominum sub Romano agenti imperio licet sine causa legibus cognita occidere suum servum.

Ac neque etiam supra modum contra ipsum fævere. Constitutio enim Antonini Principis jubet, eum, qui sine causa justa suum servum occidit, sic puniri, ut si alienum servum interfecisset. Est autem justa causa, si dominus deprehendit suum servum suæ ipsius concubentem uxori; vel cum manus iniicere domino vellet, hic illum antevertens occidit. His enim de causis impunita cædes dimittitur. Non solum autem coercuit princeps injustam servorum occisionem, sed & excedentem fævitiam dominorum cohibuit alia constitutione, quæ ex tali occasione cœpit initium: Julius quidam Sabinus fævus admodum erat in suos servos. Non ferentes hi intolerabilem ipsius acerbitatem, reliquo domino, partim quidem ad sacras ædes configuerunt, partim ad statuas principis: prætereunte illac Ælio Marciano provinciæ præfide, invocarunt ipsius auxilium. Hic autem cum interrogasset: simul cognovit eorum conditionem, & causam talis accessus didicit. Non habens autem legem talem casum incidentem, interrogavit principem, quid oportet facere, omnia ut gesta erant exponens. Princeps ad ea commotus rescriptit non temere credendum esse servis expostulantibus in dominos (natura enim servus domini hostis) sed judicem eos convocare, & cognoscere debere quid controversia sit inter ipsis: ut si vilia fuerit non ferenda dominorum fævitia, necessario cogantur domini eos, quos tam dure habent, bonis condi-

S. In po-  
testate.

S. Sed &  
major.

ditionibus vendere, & premium accipere. Propter hoc autem dixit, bonis conditionibus: ut ne dominus aliquando infensor servo conditiones venditioni graves imponat: patet forte, ut ipse sit in vinculis, vel nunquam manumittatur, vel habitet in regione gravissimi coeli, cui non ille assueverit, & detur licentia domino vendenti ex compacto puniendi etiam post venditionem servum. Recte autem & illud princeps addidit, & vendendum servum, & dandum premium domino: ut scilicet servus per venditionem molestem fugiat dominum, dominus autem non laedatur venditione servi precio recepto. Nec est, quod indignetur dominus non permitti sibi imperare servis: nam princeps etiam invitatos subditos beneficio afficit. Futurum enim erat forte, ut servi desperatione se ipsis occiderent vel etiam fugientes dominum laederent in precio. Ergo utrisque providit, & dominis & servis; expedit enim reipublicae, ne quis male sua utatur re. Sunt autem talia constitutionis verba ad Aelium Marcianum rescripta: Dominorum potestatem illibatam esse decet in servos; nec oportet hoc jus transgredi: hoc est, non oportet quicquid unquam dominici juris diminui. Confert & dominis ferri opem servis male acceptis a dominis, vel ex ira intolerabili, vel fame, vel injuria; unde non oportet negare jus potentibus servis. Cognoscitur de querela eorum, qui ex Julii Sabini familia confugerunt ad statuas. Et si quarens invenerit inhumanius habitos a Sabino, quam decebat, vel ad turpissimam ipsis tractos actionem: venundari jube: sic tamen, ut non revertantur in ejus, qui eos vendidit, potestatem. Si enim dictus Sabinus in fraudem hujusmodi constitutionis facere quicquam tentaverit, prima quidem fronte servos vendens, sed clam inito pacto, ut hi rursum sibi reddantur: severissimus talia peccanti, & ejus constitutionem circumvenienti princeps sentietur.

## T I T. IX.

### *De Patria potestate.*

**C**ognovimus in precedentibus nobis esse potestatem in nostros servos, & in nostros liberos: Cum dictum autem fit de nostra in servos potestate: restat dicere de potestate in liberos. In potestate habemus nostros liberos, quos ex iustis nuptiis procreavimus. Et quid sunt nuptiae viri, & mulieris conjunctio individuam vires consuetudinem continens. Hoc autem jus potestatis, quod habemus in nostros liberos, solum Romanorum proprium est: nullus enim alias in suos liberos tam habet potestatem, quam Romani. Ergo juris civilis est hoc institutum. Nam potestas, quam in servo habemus, juris est gentium. Qui ergo ex me nascitur, & mea uxore in mea potestate est; sicut natus ex eo, qui mei juris est, & ex ipsis uxore, hoc est, meus nepos, & mea neptis similiter erunt in mea potestate. Idem & de pronepotibus, & abnepotibus, & de

cæteris deinceps. Qui tamen ex filia mea nascuntur, non subiicientur potestati avi materni, hoc est meæ, sed erunt in sui patris potestate.

## T I T. X.

### *De Nuptiis.*

**J**Ustas autem nuptias inter se contrahunt Romanis, quum ea, quæ de nuptiis legibus constituta sunt, custodierint. Oportet autem mares quidem puberes esse, foeminas autem viri potentes: hoc est, illos quidem transgreßos esse XIV. annum; has autem maiores esse XII. annis. Huc autem dicimus sive filiifamilias, sive patresfamilias sint, qui ad nuptias coeunt. Sed in filiifamilias, & aliud quiddam requirimus, consensum scilicet parentum, quorum in potestate sunt qui conjuguntur. Hoc enim debere fieri & civilis, & naturalis ratio postulat. Civilis quidem propter Romanorum proprietatem, hoc est potestatem. Naturalis autem; quoniam justum est, eos, qui nutriverunt usque ad hanc ætatem, videlicet parentes, hoc haberi dignos honore, hoc est, ut nuptias comprebent. Oportet autem patris præire iussionem, hoc est oportet patrem consentire. Unde & illud in questionem venit. Furiosi patris filius vel filia ad nuptias venire festinabant, non enim desinit habere in potestate filios furiosus pater, quoniam non sobria ratio patris in potestate facit patribus esse liberos (ut nos dicamus privatum patrem una cum intellectu perdere & in liberos potestatem) sed potius liberi ex iustis nuptiis geniti. Volebant igitur liberi ad nuptias venire: filiifamilias autem existentes patris indigebant consensu; consentire autem furiosus non poterat: quærimus igitur, an possint. Et si quidem dicimus consensum esse, quum specialiter dicit pater, contentus sum factio: talem in furioso consensum præberi morbus non concedit. Si autem acceperimus consensum esse, cum pater rem videt, & non contradicit, sine impedimento nuptiae procedent. Sed hoc non est verum: furiosus enim tacens non consentit; ille enim tacens consentit, qui sentiens factum adversari potest, nisi hoc placet. Factus autem furiosus tacet quidem oppressus a morbo, sed non ut placide quiescens. Quoniam igitur multæ circa hac jura quæstiones fuerunt, facta est constitutio nostri Principis rescindens ambiguïtatem, & permettens filio furiosi sibi capere uxorem, & patris consensum non expectare: sicut & filiae, nam de filia minime dubia res erat, servatis scilicet quæ divali constitutione continebantur. Quoniam autem diximus justas nuptias esse, quando Romanus Civis transgressus XIV. annum dicit uxorem Romanam, Civem maiorem XII. annis; an & si quis in uxorem accepit suam matrem, vel sororem, vel filiam, justæ sint nuptiae? Et dicimus, minime: Sunt enim nuptiae quedam prohibitæ, & ut hanc rem totam melius percipiias, tene hæc tanquam

§. Ergo  
non.

N n n 2

in

in prævia quadam notione. Cognatio nomen est generale, dividitur autem in tria, in ascendentibus, & descendentes, & transversales. Et ascendentibus quidem sunt, qui nos genuerunt, ut pater, mater, avus, avia, & his etiam superiores: Descendentibus autem ex nobis geniti, ut filius, filia, nepos, neptis, & his etiam inferiores: Transversales autem, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis geniti sunt, sed qui eandem generationem, & radicem cum nobis participarunt, ut frater, soror, patruus, sive  $\theta\epsilon\eta\varsigma$ , avunculus, amita, sive  $\theta\epsilon\eta\varsigma$  matertera, fratri  $\alpha\nu\epsilon\phi\varsigma$ ,  $\alpha\nu\epsilon\phi\varsigma$  sororisve filius, & filia, & his deducti: Transversalis autem cognatio dividitur in duo, in agnatos & cognatos: Et agnati quidem sunt ex masculina linea nobis conjuncti, sicut frater germanus, & soror germana; & filii ex fratre; & ex filio fratri nepos, neptis; vel patruus, & ex hoc filii; & ex filio patrui nepos neptis, vel amita. Et paucis, quandiu non inventa sit muliebris persona, quæ sit causa cognitionis, dicitur ex ordine provenire agnationem. Cognati autem ex fœminina linea nobis cogniti, sicut frater ex eadem matre, non autem eodem patre, & qui ex hoc descendunt; vel soror uterina; sive etiam consanguinea sororis filii, & ipsi enim cognati sunt, quoniam sororis persona divisit agnationem. Agnati dicuntur etiam legitimi & cognati, videlicet naturales. Cognati autem soli naturales, non etiam legitimi: quos enim jus novit, hos novit & natura; quos autem natura cognoscit, non omnino jus cognoscit. Ipsa autem cognatio dupliciter contrahitur, vel natura, vel jure, sive adoptione. Et natura quidem, quando ex justo matrimonio filii proveniunt. Adoptione autem, quum habens quis filium, accipit alium aliquem in adoptionem. Sic enim adoptatus, filii mei naturalis & fratri sui adoptivi est agnatus, est autem & cognatus. Quos enim adoptio agnatos ei facit, hos efficit & cognatos: etenim legitimus actus, hoc est, adoptio facile conjungitur agnationi, quæ legitima est & ipsa: legitima enim legitimis conjunguntur. Cæterum agnatio conjuncta adoptioni trahit secum & naturam, hoc est, cognitionem; & quos agnatos vocat adoptatus, hos etiam cognatos nominat. Quos autem debebat cognatos vocare, siquidem naturalis est mihi filius, hos adoptivus neque agnatos, neque cognatos vocat: quod enim natura cognatum est, adoptione nihil esse existimatur. Postea tibi hæc prævisa sunt, specta deinceps quod propositum est. Dicebamus in superioribus non semper a Romano Romanæ coniuncto, justum contrahi matrimonium, quia sunt, quæ impediunt. Et quidem inter ascendentibus & descendentes nuptiæ impediuntur in infinitum. Non potest enim quis accipere in uxorem suam matrem, vel aviam, vel filiam, vel neptem, sive naturales sunt, sive adoptivæ, etiam si adoptio soluta sit per emancipationem; erubescit enim adoptivam pristinam patris & avi appellatio.

Etiam inter transversales personas est aliquod §. Inter eas. impedimentum, sed non perpetuum. Ecce enim inter fratrem & sororem non contrahitur matrimonium sive germani sunt, sive uterini; eodem modo autem sive solum germani, sive solum uterini. Si autem sit mihi adoptiva soror, quandiu permanet adoptio, nuptiæ impediuntur; hac autem dissoluta, quod ego vel illa fuerit emancipata, citra impedimentum nuptiæ contrahentur. Quoniam enim adoptio legitima existens per emancipationem pariter legitimam & ipsam dissoluta est, jure nullam speciem habeo erga ipsam cognitionis. Antea equidem, quoniam ambo eramus filiifamilias & in unius potestate agnatam ipsam vocabam & cognatam; dissoluta vero adoptione per emancipationem, agnatam ipsam non vocabo. Non amplius enim legitima adoptio obtinet in ipsa legitimam agnationem, hoc est, cognitionem: sublata autem agnatione tollitur & cognatio. Postea vero quam agnatam ipsam vocare non possum, jure neque cognatam. Ideo si quis suum generum in adoptionem vult capere, debet prius filiam emancipare. Si autem quis habens filium nurum velit adoptare, emancipare prius debet filium: si enim hoc non fecerit, adoptione generi vel nurus matrimonium dissolvetur, inventur enim fratres; inter fratres autem neque, si sint adoptivi, contrahitur matrimonium.

Fratri mei vel sororis meæ filiam matrimonio jungere non licet, sed neque horum neptem & si quarto gradu sit, ex quo tamen gradu possum uxorem ducere, veluti filiam patrui  $\theta\epsilon\eta\varsigma$ , avunculive, vel amitæ  $\theta\epsilon\eta\varsigma$ , & materteræ: Regula enim sit tibi hæc universalis; Cujus personæ filiam non possum uxorem ducere, hujus neque neptem. Si autem natura- §. Ejus vero. lis pater meus puellam aliquam adoptaverit, nata autem sit ex hac filia: possum ducere hanc uxorem. Quoniam cognata mea est hæc ex fœminina linea; diximus autem naturalem cognitionem pro nulla haberri in adoptione.

Duorum fratribus, vel sororum liberi, vel §. Duorum. fratris & sororis non possunt inter se matrimonio conjungi.

Amitam meam (amita autem est patris mei §. Item amitam. soror) non possum ducere uxorem, licet adoptiva sit, neque materteram (matertera est, quæ matris soror est) quoniam matrum loco habentur. Hac ratione neque magnam amitam, neque magnam materteram ducere potero, quoniam aviarum locum obtinent. Est autem magna amita avi mei soror, quam meus pater amitam, ego autem magnam amitam voco; magna vero materteram vocat, ego autem magnam materteram. Dictum est supra de amita, me non posse hanc uxorem ducere, neque si sit adoptiva; non autem hoc idem placuit in matertera. Et quomodo contingit esse adoptivam amitam, vel magnam amitam adoptivam? Sic v. g. paternus avus meus habens filium meum patrem, pueram quandam adoptavit; & meus quidem pater vocabat ipsam adoptivam sororem, ego au-

tem

tem adoptivam amitam. Magna autem amita adoptiva quo modo contingit? Fac proavum meum paternum habere filium mihi avum, & adoptasie quandam in filiam, quam meus avus vocabat adoptivam sororem, meus autem pater adoptivam amitam, ego autem magnam amitam adoptivam. Propter hoc autem in amita addita mentio adoptionis; non item in matertera: quoniam cum per masculinam lineam mihi illa conjungeretur, inveniebatur agnata; & eadem erat cognata: qui enim agnatus est, is omnino est & cognatus. In matertera autem adoptiva non impediuntur nuptiae: quia enim per foemininam lineam me contingit, ideo mihi tantum cognata est: & ex adoptione nullo jure mihi jungitur cognitionis propter regulam, qua dicimus, cognitionem, quae natura continet, pro nulla haberi in adoptione. Quando igitur cum hac nuptiae non prohibentur, propterea in singenda exempli specie casum non posui adoptivae materterae. Sed quo modo contingit id fieri, ut habeam adoptivam materteram? tali scilicet modo. Avus meus maternus filiam habens meam matrem, adoptavit quandam in filiam, quam mea mater vocabat adoptivam sororem, & ego voco adoptivam materteram.

§. Affinitas.

Diximus jam de nuptiis per cognitionem impeditis: sunt & aliae quae non jure cognitionis, sed veneratione affinitatis minus procedant. Affinitas autem est necessitudo personarum, quae ex matrimonio nobis conjuguntur circa cognitionem. Ut, non possum ego capere in uxorem meam privignam, vel nurum, quia filiarum loco sunt. Et nurus quidem est filii uxor, privigna autem mea uxor filia: oportet autem addere verbum (olim) & dicere, non possum capere in uxorem nurum, olim meam vel meam olim privignam; apponentes enim (olim) ostendimus non subiecte personas, quae fuerunt causae affinitatis. Et tamen neque sic possum eis conjungi, etiam mortuis personis, per quas fuit affinitas, & veneratione affinitatis abstineamus a conjunctione. Si enim dixerim, meam olim nurum, ostendo mortuum esse filium quidem meum, ipsius olim maritum. Si vero dixerim meam olim privignam, ostendo mortuam esse matrem ejus, uxorem meam. Si enim adhuc illa mea est nurus, haec autem privigna, majori prohibitum sum ratione hanc ducere: inveniretur enim, vel vir habens duas uxores, vel mulier habens duos viros. Si enim acceperim in uxorem meam nurum, illa & me habebit & meum filium, maritos. Sin autem meam privignam: eveniet mihi duas uxores habere: eam quae nunc uxor mihi est, & ipsius filiam, meam privignam. Capitale autem constitutum est supplicium contra duplex matrimonium contrahentes. Nullus igitur majore punitione neglecta (ea est capitale supplicium) tractat de minore & dicit impeditas esse nuptias propter affinitatis reverentiam. Non possum accipere in uxorem socrum olim meam, vel meam olim novercam, quoniam matris lo-

cum obtinent. Et socrus quidem est uxor mea mater; Noverca autem patris mei uxor, ex qua non sum natus. Addidi autem & hic (olim) ut ostendam non extare personas, quae causam dedere affinitati, quia mortua sit mea uxor, vel meus pater. Si enim adhuc vivant: duplicatio introducitur matrimonii. Si enim uxorem duxero meam socrum, invenior duas habere uxores, socrum, & ipsius filiam. Si autem novercam: reddetur illa duarum personarum uxor, patris mei, & mea ipsius. Scis autem capitale esse duplex contrahere matrimonium.

Vir habens filium ex Titia accepit in uxorem mulierem habentem filiam ex Titio; vel contra, ille quidem habebat filiam, haec autem filium: horum filii vulgo dicti *ἀληλοπόγονοι*. Igitur inter se privigni recte contrahunt, etiamsi frater, vel soror ipsis nata sit ex contracto post ipsos natos matrimonio.

Mea uxor dissoluto tecum matrimonio per repudium, viro alteri coniuncta habuit ex hoc filiam: querimus an ipsius filiam possim ducere uxorem. Et dico hanc non esse privignam (privigna enim est, quae ante meas nuptias est nata) tamen propter honestatem abstinendum est mihi ab ipsis nuptiis. Nam & foemina sponsa mei filii non fuit mihi nurus, nuptiis non consecutus. Neque patris mei sponsa fuit mihi noverca, nuptiis impeditis: & quantum ex dictis patet, poteram has jungere matrimonio. Sed & hic honestatis gratia rectius facere nos ait Julianus, si tales nuptias non contraxerimus.

Certo autem & cognitione servilis impedimento est matrimonio, ut, manumissus est aliquis cum sorore: querimus, an permittantur nuptiae fieri inter ipsis; Et quantum quidem ad juris subtilitatem non existimat aliqua inter ipsis esse cognitione; veruntamen jure sanguinis conjunctio prohibita est. Sunt & aliae personae, quas diversarum causarum gratia non possum matrimonio copulare: has autem in Digestis sive Pandectis ex multis veteribus collectas referri Divus noster mandavit Imperator.

Si autem quis contra ea, quae dicta sunt, coierit, non reveritus ascendentium, vel descendientium cognitionem, neque ex transverso impeditas personas, neque habens rationem impeditis affinitatis, & contemptu habens cognatos simul manumissos: neque ipse vir, neque illa uxor vocabitur. Sed neque nuptiae erunt quod ita gestum fuerit; neque dos quod inde datum. Sed quoniam haec incontinentium cohibere non pollunt cupiditates, majorem poenam lex imponit. Dicit enim eos, qui ex tali coitu nascuntur, in potestate patris non esse; & quos natura largita est, jus ignorat, ut non natos ex ipsis instituto, sed (quantum pertinet ad patriam potestatem) tales sunt, quales esse contingit vulgo conceptos. Etenim neque hi patrem habere intelliguntur, quando incertus hic est propter multitudinem coeuntium, unde solent spurios voca-

§. Mariti.

§. Si uxor.

§. Illud.

§. Sunt.

§. Socrum.

re, vel a graeca voce *αποβαδμός* quasi *σπερων*, id est, sparsim concepti, vel a latinis notis S. P. quasi sine patre filii. Sequitur ergo illud ut tali dissoluto coitu, nec dotis sit exactio. Nec tamen qui prohibitas nuptias contrahunt, solum dictas poenas patientur, verum etiam alias, quas ex Imperatoris constitutionibus nosse licet.

*S. Aliquam  
do.*

Sciendum est autem fieri aliquando ut aliquis cum primum natus est, patriæ potestati non subsit, subsit autem postea. Et quis nam est hic? Consuetudinem habui ego quadam cum muliere, quicum justum contrahere matrimonium non vetabar, miscebar autem ipsi non tanquam uxori, sed tanquam meretrici forsan vel pellici: Nati hinc liberi non sunt in potestate, quia matrimonium non praecessit; sed naturalis est filius: Hunc dedi postea curia, erit mihi in potestate. Idem est si concubui cum muliere, non ut uxore, quam habere me uxorem non jus impedit, sed absuit animus; natus hic filius non est in potestate. Si autem pottea (quemadmodum dictavit sanctio clementissimi nostri Imperatoris) dotalia componantur cum ipsa; non solum nati ante dotalia, sed & postea, si quos nasci contigerit, erunt in mea potestate secundum ea, quæ continentur in divi nostri Principis constitutione.

### T I T. XI.

#### *De Adoptionibus.*

**C**ognovimus in precedentibus esse nobis in potestate liberos nostros ex justo matrimonio nobis genitos; scire autem oportet hanc ipsam potestatem & in adoptivos extendi filios. Et quid est adoptio? legitimus actus imitans naturam ad liberorum solatium excogitatus. Forte enim non habens quis filios, quia non cepit uxorem; vel cepit quidem, sed liberos non procreavit; vel procreavit quidem, sed eos amisit; levare volens vel naturæ vitium, vel contingens infortunium relevare; cepit quendam in adoptionem; Hoc autem ideo dictum est, non quod solum adoptent illi, qui non habent filios. Nam etiam qui habent, sine impedimento adoptabunt, ut superius dictum est in illo casu, ubi diximus eum, qui vult generum vel nurum adoptare, opörtere ut filium prius filiamve emancipet. Ergo in illo casu nisi nuptiae prohibuerint, nihil impediebat actum adoptionis. Sed dixi hic ad solatium eorum, qui sunt sine liberis, introductam esse adoptionem, ut ostenderem quod, ut plurimum fieri solet.

*S. Adoptio.*

Adoptio vero, Romana vox, generale est nomen, quod in duo dividitur, in arrogationem, & ejusdem nominis adoptionem. Adoptio autem fit duobus modis, aut principali rescripto aut imperio magistratus. Imperatoris rescripto eos easve adoptamus, qui sunt sui juris, hæc autem adoptionis speciale dicitur arrogatio. Imperio autem magistratum licet ado-

ptare, qui quæve sunt alieni juris, sive primum teneant apud naturales parentes gradum, qualis est filius vel filia; sive inferiorem, qualis est nepos, neptis: hæc autem proprie adoptio dicitur generali nomine & speciali.

Sed olim quidem licebat omnino extraneam alieni juris personam adoptare; & qui in potestate erat patris naturalis, transibat in adoptivi potestatem; Hodie autem clementissimi nostri Imperatoris constitutio extat, jubens, quam quis extraneum adoptat, non dissolvit naturalis patris potestatem; neque quicquam transire ad patrem adoptivum; neque esse ipsius in potestate filium; & si successionem ab intestato in res adoptantis ipsum eadem constitutio ipsi tribuerit. Si autem naturalis pater non extraneo alicui, sed suo socero dedit hunc in adoptionem, qui erat ipsi avus maternus; vel si ipse, qui emancipatus sit, deinde liberos procrearit: & natum tibi potiùs emancipationem filium patri quidem suo, avo autem paterno ejus, qui adoptatur, dedit in adoptionem. In his casibus, quoniam in unam & eandem personam concurrunt & jura naturalia, hoc est ea, quæ ex generatione, comparantur & jura adoptionis: fine controversia filius erit in potestate patris adoptivi copulatus ipsi & lege & natura: & in familia & potestate erit hujus patris adoptivi.

*S. Sed ho-  
die.*

Sunt igitur multæ differentiæ arrogationis, & adoptionis; & prima hæc: Arrogatio quidem fit apud Principem, adoptio autem apud magistratum. Secunda differentia, quod arrogatio quidem locum habet in his, qui sui juris sunt, adoptio autem in iis, qui sunt juris alieni. Est & tertia differentia. Impubes sui juris non poterat olim adoptari; ad extremum autem id concessum est fieri; sed quædam hic observanda sunt. Quando igitur per principale rescriptum impubes sui juris adoptatur, oportet querere si honesta aliqua causa adoptionem constituit, hoc est, non propter turpem amorem futurus pater velit adoptare. Item an hoc pupillo expediatur, vel non expediatur. Fortassis enim egens est adoptivus pater, vel interdum prodigus; pupillus autem dives. Et si unum ex ipsis apparuerit, non procedet adoptio; Oportet etiam præterea ut caveat arrogator personæ publicæ, hoc est tabulario, se, si contigerit adoptatum impuberem mori, restitutur illis bona: qui, si non esset adoptatus, venturi erant ad ipsius successionem. Sed neque aliter tam impuberem emancipare potest arrogator, nisi justa emancipationis causa demonstrata: Quid enim quod vel insidiatus est adoptivo patri? vel aliud quid fecit, quo se dignum reddidit emancipatione? Sic tamen emancipabitur: ut ipsi videlicet reddantur bona, quæ ille adoptivo patri acquisiverat. Si autem decedens adoptivus pater cum exhereda verit, vel etiam adhuc vivens injuste emancipavit: iubetur quartam partem suorum bonorum ipsi relinquere, detractis scilicet bonis ad patrem adoptivum translatis, & quorum ipsi lucrum

ac-

*S. Cum  
autem.*

acquisivit post adoptionem. Omnia autem hæc in eo impubere filiofamilias, qui adoptatur, cessant: primum, quia nihil habere videtur ipse filiusfamilias, deinde quia pater potest hæc curare, & sic ipsum præbere adoptandum.

**§. Minorem.** Diximus tres differentias, dicamus convenientias arrogationis, & adoptionis, ubi enim differentia, omnino erit & convenientia. Est autem prima convenientia hæc: Oportet adoptantem esse majorem natu eo, qui adoptatur, quoniam ad imitationem naturæ inventa est adoptio; natura autem seniorem filio patrem cognoscit. Putatur enim monstrum esse, & a natura alienum dicere, filium esse natu majorem patre. Hæc autem tam in alieni juris, quam in sui juris hominibus procedunt. Oportet sane ut pater decem & octo annis præcedat, talis enim ætas dicitur plena pubertas, quando etiam iis, qui sero pubescunt, habitus corporis tunc omnino concurrit. Est autem secunda convenientia in his: Possum enim loco nepotis, vel neptis, aut pronepotis & proneptis, vel etiam deinceps adoptare, etiam si non habeo filium.

**§. Est tamen.** Illud autem, quod sequitur, non convenientia, sed magis differentia proprium est, quæ est tertia. In his enim, qui sui juris sunt, non procedit. In locum enim nepotis tam alienum filium adoptare possum, quam alienum nepotem in loco filii. Neque enim necessarium est sequi me ordinem, qui apud naturalem patrem invenitur. Est & quarta convenientia, si quis loco nepotis aliquem adoptaverit, tanquam natum ex suo filio naturali, vel adoptivo: oportet omnino & ipsum filium consentire; quoniam enim mortuo eo, qui adoptavit, adoptatus transituras est in illius potestatem, ex quo nativitatem ipsi effinxit adoptio, id propter oportet medium consentire, ut ne invito sibi suus heres agnoscat. Si tamen contra habens quis filium, & ex hoc nepotem dat alteri nepotem adoptandum, non necesse est filium consentire.

**§. In plurimis.** Extat quinta convenientia arrogationis, & adoptionis in his: quem enim non extraneum adoptavero per arrogationem, vel per adoptionem, vel apud Imperatorem, vel apud prætorem, vel magistratum, possum eundem in adoptionem dare alteri. Sicut enim in plurimis sic & in hoc naturam imitantur arrogatio & adoptio.

**§. Sed & illud.** Sextam convenientiam arrogationis & adoptionis dat nobis eunuchus; Hæc autem sic praconsideres licet: eunuchus nomen est generale, quod secatur in tria, Eunuchorum enim aliqui sunt spadones, aliqui castrati, aliqui thlibiae. Et spadones sunt, qui propter aliquid vitium, vel frigiditatem genitalibus partibus non centem liberos generare impediuntur, unde liberati generant: Thlibiae autem, qui a nutrice vel matre casu elisionem testiculorum passi sunt: Castrati autem sunt, in quibus facta est sectio genitalium partium: his praconsideratis quod reliquum est specta: Quæsumus est an eunu-

chus possit adoptare. Et dicimus castratos quidem & thlibias non adoptare; neque eum, qui sui juris est, apud Imperatorem; neque eum, qui alieni est, apud magistratum. Quibus enim natura negavit filios generare, his & jus incedens per naturæ vestigia: desperata enim his liberorum procreatio. Spado autem, quoniam spes inest (par enim, cum vitium recesserit, posse filios suscipere) adoptabit tam filiumfamilias, quam qui sui juris est. Sed spado filiumfamilias adoptatum non habebit in potestate; omnino enim adoptatus erit extraneus. Quo modo enim spado avus esse paternus vel maternus possit? Nisi forte quis dicat, spadonem non solum illum esse, qui a principio non potuit filios gignere, sperabat autem, sed & illum, qui olim quidem poterat: ad postremum autem propter morbi casum eo adductus est, ut jam non possit procreare.

**§. Fæminæ.** Est & septima convenientia, quam facit mulier: Mulier enim neque per arrogationem, neque per adoptionem, potest aliquem adoptare. Adoptio enim dat nobis in filium potestatem, hæc autem naturales filios in potestate non habet: jus autem naturam sequitur. Merito igitur non adoptabit aliquem, nisi utique ex indulgentia Principis ad solarium amissorum filiorum voluerit adoptare. Ergo non habens filios mulier, neque per principale rescriptum adoptabit. Præter dictas differentias §. Illud proprium. est & illa: si arrogavero aliquem habentem filium in potestate, sequitur ipsum filius; & unus quidem erit apud me loco filii, alter autem loco nepotis. Si autem filiumfamilias, cui fit filius, adoptavero, ipse solus transibit in potestatem, suum autem filium reliquit apud naturalem avum. Et ratio manifesta: quoniam filiusfamilias habere in potestate non poterat. Quod vero habens filium in potestate, si fuerit adoptatus, trahat secum filium suum, inde patet: quod Augustus non prius Tiberium successorem sibi postea in imperio adoptavit, quam is Germanicum adoptasset: nam cum vellet Tiberium quidem habere loco filii, Germanicum autem loco nepotis, idque una fieri adoptione: perfecit ut Germanicus antea a Tiberio adoptaretur, postea sic ipse Tiberium adoptavit.

Suum aliquis servum adoptavit: quærimus §. Apud Catonem. an rata sit adoptio, vel quid hinc efficiatur? Et dicunt antiqui Catonem dixisse, adoptionem quidem non valere (in liberis enim hæc procedit). Adoptio autem, quamvis ut adoptio non sit rata, tamen servum liberum ostendit. Nam qui servum voluit adoptare, manifestum est hunc studuisse, ut tacite liberaret ipsum a servitute. Hic igitur quod quidem pronuaciavit non fecit; quod autem non cogitavit, perfecit. Unde commotus Divus noster Imperator, cum accessisset quidam in curiam, & dixisset in actis de servo quodam, filius meus est: respondit his verbis: servum quidem filium non esse, dixisse autem servum esse.

## T I T. XII.

*Quibus modis jus Patriæ potestatis dissolvitur.*

**P**Erceptum quidem est ex præcedentibus quos habeamus in potestate, servos videlicet, & liberos nostros tam adoptivos quam naturales. Recensuimus postea arrogationis differentias & convenientias (sunt enim differentiae quidem sex, convenientiae autem septem). Videamus nunc quo modo potestas, dissolvatur: quod enim aliquo modo contrahitur, hoc & aliquo modo dissolvitur. Solvit autem potestatem in servos modus manumissionis; quot vero modis fiat manumissio, prædictimus. Mors enim domini non liberationem a servitute, sed mutationem dominii profitetur. Potestas autem in liberos pluribus modis dissolvitur. In primis enim parentis mors sui juris facit filium. Debet autem scire parentes dici omnes ascendentes, liberos autem omnes descendentes. Quod dictum est, mortem patris ostendere filium sui juris, recipit quandam distinctionem. Nam si pater est mortuus, sane filius & filia sui juris efficiuntur; mortuo autem avo non omnino nepotes & neptes fiunt sui juris. Oportet enim videre, quo tempore avus sit mortuus. Et nisi persona media sit inventa, hoc est filiusfamilias: nepotes, qui erant in avi morientis potestate, erunt in patris potestate avo mortuo: recidunt enim in sui patris potestatem: Si vero persona media aut mortua est antequam pater, vel a potestate ipsius liberata est: tunc nepotes, quoniam non recidunt in ipsius potestatem, sui juris fiunt. Dissolvit autem in filium potestatem & patris deportatio. Si quis enim alicujus criminis accusatus convictus fuerit, & reperit talem sententiam magistratus, volo te deportari in illam insulam: statim latæ sententia jus privat ipsum civitate & rebus, & fit peregrinus, Romana civitate privatus. Hoc modo, ut ipsius morte, sic ob deportationem definit filius esse in potestate: Romanus enim filius non potest esse in potestate peregrini, soli enim Romani filios habent in potestate. Si autem & filius fuerit deportatus, definit esse in potestate: peregrinus enim in Romani potestate esse non potest. Si tamen ex indulgentia principis revocatus reperit civitatem: omnia ipsi secundum pristinum statum restituuntur. Si vero deportatus quidem non fuerit, sed relegatus pater: (dixit enim magistratus, relogo te in illam insulam) non afferit jus a patre civitatem; ideo permanet in gradu, habens subjectos filios. Et e contrario filii si relegati fuerint, non liberantur a patris subjectione.

**S. Pene.** Accusatus quis fuit alicujus peccati, deinde convictus est peccato; & magistratus pronunciavit, mitto te in metallum, vel trado te bestiis: hic statim servus fit poenæ, excidens non solum civitate, sed & libertate: & hoc modo sui juris fiunt ejus liberi.

Filiusfamilias militavit, vel factus est senator, vel etiam consul; manet nihilominus in patris potestate: militæ enim vel consulatus dignitas sui juris filium non facit. Si autem factus sit patritius filiusfamilias: tunc ex constitutione nostri Imperatoris una cum acceptis patritiatus codicillis a patria potestate liberatur. Quis enim ferat patrem quidem posse per emancipationem tollere potestatis vinculum; Imperatoriam autem celsitudinem non posse eum ex patria potestate eximere, quem sibi patrem elegit?

Contigit meum patrem captivum fieri ab hostibus, & factus est videlicet servus hostium: querimus utrum ego capti filius mei juris sum an alieni? Et quidem non possum me mei juris dicere propter spem postliminii. Postliminium autem est jus quoddam reversis ab hostibus restituens omnem pristinum statum. Cur autem dicatur postliminium, in progressu dicemus. Reversus pater recipiet liberos in suam potestatem; postliminium enim sic eum fingit, ut qui semper manserit in civitate, & nunquam sit egressus. Non possum autem dicere interea me ipsum in potestate aliena. Quomodo enim ego Romanus ero in potestate servi hostium? Ergo interea in suspenso erunt jura potestatis. Et si quidem revertetur pater, ero in ipsius potestate, si autem illic morietur, fiam mei juris. Et quod quidem fiam mei juris, mortuo ipso apud hostes, confessum est. Sed querimus, ex quo tempore videar a potestate liberari: utrum ex quo captus est, an ex quo mortuus est apud hostes. Et sane nonnulla est differentia, & quidem magna. Fac enim quempiam habere duos liberos, & substantiam solidorum duum millium, captumque esse ab hostibus. Horum autem alter quidem erat industrius, qui sumptis mille aureis ex patris substantia mercaturæ incumbens, potuit suis laboribus lucrari alios mille; alter autem ignavus nihil superacquisivit. Quodam tempore post, enunciatum est patrem ipsorum apud hostes decepsisse. Cum vellent igitur dividere paternam hæreditatem, dicebat ignavus: Nunc cum revera pater decepsit, facti sumus nostri juris. Igitur quæcunque acquisivisti tu, industria patris sunt, & oportet nos tria aureorum millia dividere: hoc est, utrumque capere aequaliter mille quingentos. Industrius contra dicebat: Ex quo contigit patrem fieri captivum, facti sumus nos nostri juris; nam non reversus videatur esse mortuus illo tempore. Igitur sic mei juris factus quæcunque acquisivi, mihi ipsi, non alteri acquisivi. Cui sententiae magis credimus. Si autem & meus filius, vel nepos ab hostibus captus fuerit: dicimus consimiliter suspendi jus in ipsum potestatis. Neque enim dico meipsum non habere in potestate filium propter jus postliminii, potest enim reverti. Quomodo autem qui semel exiit de mea potestate immediate huic subiicitur? Quoniam postliminium non solum reddit mihi, quam habebam, in alios potestatem; sed & quam alii habebant in me

me potestatem mihi conservat. Neque dico potestatis jura mihi salva esse in filium. Quomodo enim possum in potestate habere servum hostium? Ergo in suspenso erunt jura potestatis. Dictum autem est postliminium a limine & post; nam captus ab hostibus si ad fines Romanos post accesserit: bene dicimus postliminio reverti. Sicut enim limina in domibus finis sunt ipsarum domorum; ita & Romani Imperii limen, videlicet terminum veteres esse voluerunt. Hinc & limes dictus est, quasi finis quidam & terminus. Hinc & postliminium dictum est, quia per ipsum limen revertitur, quod perdiderat captus ab hostibus. Non solum autem & qui effugit hostes, vel ab ipsis dimissus est, postliminium habet; sed & qui viis hostibus a nobis recuperatus est.

**§. Prae-**  
**rea.**

Dissolvit potestatem & emancipatio. Et quid est emancipatio? Actus trium emancipationum & trium manumissionum, vel unius emancipationis, & unius manumissionis complexivus. Fiebat autem olim emancipatio sic: Quinque aderant testes, & libripens tenens libram, & æreus nummus, & medius quidam. Deinde praesentibus ipsis medius emebat filium a patre, dato ipso ratione imaginarii precii uno nummo. Sic filius transibat in medii potestatem tanquam servus; medius vindicta manumittebat, & ille tacita quadam ratione revertebatur in patris potestatem: vendebat ipsum pater iterum eodem modo, & emptor manumittebat ipsum vindicta; & rursus tacita ratione revertebatur in patris potestatem: vendebat ipsum tertio pater, & sic diuolvebatur potestas, manumittebatur autem vindicta, & fiebat sui juris. Ergo tres emancipations, & tres manumissiones potestatem dissolvunt. Emancipatio autem dicitur facta dicto modo venditio. Sui juris filium faciunt tres emancipations, & tres manumissiones. Idcirco autem vendebatur filius, ut videretur deduci in servitutem, & convenienter ipsum manumissio consequeretur, liber enim non poterat manumitti. Filia tamen, & nepos, & neptis, & reliqua personæ per unam emancipationem & unam manumissionem fiebant sui juris: fiebant autem hæc & fine imperiali rescripto. Sed hæc quidem ex antiquo jure. Postea autem constitutio facta est clementissimi nostri Imperatoris, quæ in melius hæc reduxit: ut relictis antiqua forma & immaginariis venditionibus, possimus nos parentes apud judicem competentem procedere, & nostros filios filiave, nepotes neptefve, & deinceps, a nostra liberare potestate dicentes simplicius, hunc emancipo, & e mea manu mitto. Quod si contingit post hujusmodi emancipationem emancipatum emancipatum sine liberis mori, condito testamento: eadem jura præbebuntur ex dicto prætoris patri, qui manumisit, in res defuncti filii, quæcumque dantur patrono in substantiam liberti mortui sine liberis condito testamento. Si vero contigerit emancipatos esse impuberis: pater, qui manumisit, tutor erit:

Tom. II.

his enim ad libertatis dationem tutelæ onus accedit.

Habebat quidam filium, & ex hoc nepotem vel neptem in potestate. Potest quidem filium emancipare, nepotes autem retinere in potestate: & e contrario, nepotes quidem emancipare, filium autem retinere in potestate. Quod si pronepotem habet, vel proneptem, idem dicimus: quoniam licet quidem pronepotem emancipare, filium autem, & nepotes retinere; vel e converso filium & nepotes emancipare, pronepotes autem retinere, vel omnes etiam emancipare.

*§. Adm  
nendi.*

Est & aliis modus dissolvens potestatem. **§. Sed &**  
Si enim ego eum, qui mei juris est, paterno maternove avo adoptandum præbuer: dissolvitur quidem ea quam habebam potestatem in ipsum, transfertur autem in avum. Id fit hoc modo, intervenientibus actis apud judicem competentem. Oportet enim accedentem patrem, præsente avo, qui adoptat, & filio, qui adoptatur, consentiente & non contradicente, sic manifestare suam voluntatem dicendo: hunc do in adoptionem: Tunc in avum transferuntur jura potestatis. In hoc enim casu diximus adoptionem esse plenissimam, & alieni juris fieri adoptatum.

*§. Illud.*

Habebat quidam filium in potestate, cui uxor erat pregnans. Filium emancipavit, vel adoptandum dedit avo: natus est postea nepos. Quærimus cujus in potestate erit natus, utrum avi, an patris. Et dicimus ipsum esse in potestate avi: quoniam consideramus in iustis nuptiis tempus conceptionis. Quoniam autem cum conceptio facta est, alieni juris erat filius, qui hunc genuit: merito is in potestate est avi naturalis. Si autem post emancipationem, vel adoptionem conceptus & natus fuerit; sui patris vel adoptivi avi subiicitur potestati. Hoc autem regulariter debemus scire, filium meum, quem habeo in potestate, sive naturalis est, sive adoptivus, nullo modo cogere me posse, ut de mea ipsum dimittam potestate.

## T I T. XIII.

### De Tutelis.

**D**iximus hominum quosdam esse servos, quosdam autem liberos; & liberorum quidem aliquos ingenuos, aliquos libertinos. Diximus & secunda divisione, aliquos quidem esse sui juris, aliquos autem alieni. Dicta igitur potestate in servos & in liberos, quam iustæ nuptiæ efficiunt, vel etiam adoptio. Dictis autem & dissolutionibus ipsarum tranferimus ad aliam divisionem personarum, sui juris: quarum quædam in tutela sunt, quædam in curatione: quædam neque in tutela sunt, neque in curatione. Sed quoniam multi sunt, qui neutro jure tenentur, dicamus de his, qui in tutela sunt & curatione: nam qui neutro jure tenebuntur, erunt reliqui. Et prius dispi-

O o o

cia-

*Qui tutores testamento dari possunt vel non.*

§. Est autem tutela.

ciamus de his, qui sunt sub tutoribus. Sed tamen ante scire debes non competere his, qui in potestate sunt, esse in tutela; proprium autem esse eorum, qui sunt sui juris.

§. Tutores.

Ac in primis definiamus quid est tutela. Tutela est (ut Servius definit) jus & potestas in liberum caput data, & ad tuendum ipsum introducta, qui propter aetatis imperfectionem non valet ipsum se tueri, jure civili permissa. Tutores igitur sunt, qui dictam vim habent & potestatem; quos necesse est prospicere pupillo & ipsius bona custodire, qua ex re nomen acceperunt. Appellantur enim tutores, quasi tutores, veluti in tutori loco ponentes pupilli bona, & undique ipsum defendantes; sicuti aeditui dicuntur sacerdotes, qui aedes, hoc est, tempia tueruntur.

§. Permissum.

Dicamus primo loco, qui quibus relinquunt tutores. Tutores dant testamento patres filiis, quos habent in potestate. Et si paulo ante diximus non solere, qui in potestate sunt, esse in tutela; tamen scire debes relinquiri quidem tutores filiis, qui sunt in potestate; sed post mortem patris, quando filii sunt sui juris; tunc enim valebunt, quae in testamento scripta sunt. Ergo relinquunt patres filiisfamilias impuberibus tutorem testamento & masculis & foeminis. Ne potibus autem & neptibus tunc possunt dare, quando post avi mortem non recasuri sunt in sui patris potestatem. Ergo si quis habeat filium in potestate, & ex hoc nepotem, reliquerit autem nepoti tutorem testamento; siquidem quo tempore testator mortuus est, medius erat in potestate; nepotes non erunt in tutela sub testamentario tute. Qui enim futuri erunt in potestate post avi mortem suo patri, nulla ratione erunt in tutela. Dictum est enim non competere his, qui in potestate sunt, esse in tutela. Si vero contigerit medium personam inveniri mortis tempore sui juris; tunc, quoniam avi mors nepotem sui juris ostendit, tutelæ datio in eum, qui sui juris est, procedens rata habetur.

§. Cum autem.

Filiis quidem naturalibus posse nos tutorem dare manifestum est. Num ergo & postumis? (postumi autem sunt post mortem nostram nati) Ita omnino: quandoquidem in multis casibus pro jam natis accipiuntur. Tunc bene posthumis tutores dantur, quando futuri erant, si vivis paribus nati essent, nobis in potestate ab alio non praoccupati eorum qui sui dicuntur.

§. Sed & si.

Si autem emancipato filio tutor a patre datus fuerit testamento, non confirmatur datio jure civili propter id, quod dictum est, solidis his, qui sunt in potestate, testamentarios tutores dari. Prator autem five magistratus mortui voluntatem adimplens, talem confirmat sine inquisitione; hoc est, non quisito utrum dives sit, vel ex his, qui pupilli bona possunt administrare: sufficiente ipsis ad plenissimam horum probationem mortui testimonio.

E Numeratis his, qui dant tutores, discamus & qui dari possunt. Damus non solum patresfamilias, sed & filiosfamilias; & nostrum servum testamento cum libertate recte tutorem damus. Si autem reliqui servum tutorem quidem meo filio, libertatem autem non adscripsi, sed (quod dicitur) sine libertate ipsum reliqui tutorem: propter circa impuberis studium; placuit tacite libertatem directam convenire ipsis, & per hoc tutelam confirmari: Idcirco autem dixi directam libertatem, ut una cum morte testatoris sine impedimento servus servitute liberatus suscipiat tutelam; si enim fuisset fideicommissaria, indigebat manumissionis a pupillo. Hoc quid sit, necesse est clarius dicere. Habe autem haec tanquam in prævisione. Evenit ut qui testamentum legerit, inveniat diversa verba. Sunt enim quædam, per quæ heredem instituimus; alia, per quæ legamus; alia, per quæ damus tutores; alia, quibus libertatem; alia, quibus fideicommissum fideicommissariamve libertatem relinquimus. Heredem instituimus dicentes, illum heredem esse jubeo; & vocatur haec institutio heredis: Legatum damus sic, huic lego decem numismata; & dicitur legati datio. Tutorem sic, illum filio meo tutorem do; & appellatur tutoris datio. Libertatem relinquimus sic, ille servus meus liber esto, & dicitur libertatis datio: haec autem omnia verba dicuntur directa. Relinquimus autem & aliis verbis bona sic, rogo te heres, ut des illi X. solidos; & dicitur fideicommissum. Libertatem sic relinquimus, rogo te heres, ut servum illum meum manumittas; & dicitur haec datio fideicommissariæ libertatis: verba autem haec, per quæ fideicommissum fit, dicuntur precaria. Ergo libertatem relinquimus directam quidem per, Esto, precariam vero per, Rogo. Differentia vero duarum libertatum haec: Directa quidem eodem tempore, quo institutus heres adit hereditatem, facit quod suum est, hoc est servum liberat a servitute; Precaria autem indiget etiam facto quodam heredis, hoc est, ut manumittat ipsum apud magistratum, vel uno aliquo modorum superius dictorum. His prævisis, specta reliquum, quod modo propositum est. Dictum est a nobis, si servum meum sine libertate reliquero tutorem filio meo, directam ipsis tacite deferri libertatem. Propter hoc autem directam, quia non indigeat facto heredis, sed ex ipso testamento competat sibi libertas. Nam si fuisset fideicommissaria, & pupillus esset institutus heres, non poterat manumittere servum relictum sibi tutorem; scis enim minorem X. & VIII. annis impeditum lege Elia Sentia non posse manumittere suum servum nisi probaverit justam causam in consilio: Sed potest quis dicere esse & hanc justam cau-

causam. Verum primum quidem non connumeravimus in prædictis hanc causam cum justis causis; deinde & si specialiter connumeravimus, tamen indigebamus consensu tutoris. Quo modo autem poterat consentire, qui nondum erat tutor, sed agebat in servis? Si vero testator suum servum liberum esse ratus, tanquam liberum tutorem reliquit, non amplius dicimus tacite ad ipsum libertatem deferri: in præmisso enim casu, ex mortui notitia hanc ipsi dedimus; in præsenti autem hujusmodi mortui scientiam haudquam est invenire. Quomodo enim, si putabat hunc esse liberum?

§. Servus  
autem.

Alienus servus testamento pure datur tutor inutiliter, sic tamen potest: esto ille tutor hujus servus cum liber erit. Nostrum autem servum inutiliter sub tali conditione damus tutorem, dicentes. Esto tutor noster servus, cum liber erit. Ratio est manifesta: Quoniam qui in nostra est potestate: hunc in conditionem retrahere non debemus.

§. Furio-  
sus.

Si furiosum, vel minorem tutorem dedi testamento: erunt tutores, hic quidem quem resipiscet, ille autem XXV. annum exceferit.

§. Ad cer-  
tum.

Ad certum tempus, vel ex certo tempore recte datur tutor. Ad certum tempus, ut: ille esto tutor per duos annos. Ex certo, ut: esto ille tutor post duos annos a mea morte. Potest & sub conditione: Esto tutor si navis ex Asia venerit. Possumus & ante heredis institutionem relinquere tutorem, ut verbi gratia: esto ille tutor mei filii; esto autem meus ille heres. Non possumus autem nominatæ rei vel nominatæ causæ tutorem dare, ut: esto ille tutor ad illum agrum vel ad illam causam: personæ enim confuevit tutor dari, non rei, vel causæ.

§. Si quis.  
filiabus.

Si quis filiabus suis vel filiis tutorem dederit: etiam pothumis videtur dedisse, quia filii vel filiæ appellatione etiam postumus & postuma continentur. Ergo & nepotes filiorum continentur appellatione, ut ipsis videatur dedisse filiis datum tutorem, si filiorum appellatione significantur & nepotes. Et dicimus, maxime: modo non dixerit, filiis; sed liberis. Si enim dixerit: filiis meis tutorem do, non continentur nepotes; aliter enim filii, & aliter nepotes appellantur. Si autem dixerit: postumis do tutorem: hinc quicunque fuerit natus sive filius, sive nepos, erit in tutela sub dato tute.

#### T I T. XV.

##### *De legitima agnitorum tutela.*

**D**iximus posse a patribus testamentarium tutorem relinquere filiis in potestate. Quid igitur, si nullus esset testamentarius tutor? Vel enim pater ab intestato mortuus est, vel testatus oblitus est relinquere tutorem, vel relictus a testatore præmortuus est. Quis erit tutor horum? Lex XII. tabularum tunc agnatos his dat.

§. Sunt au-  
tem.

Et qui nam sunt agnati? Hæc prævideas licet: Cognatio nomen est generale, dividitur

autem in tria, in ascendentibus, in descendentes, in transversales. Et ascendentibus quidem sunt, qui nos genuerunt, pater, mater, avus, avia, proavus, proavia, & etiam his superiores. Descendentibus autem, ex nobis nati, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, & etiam his inferiores: Transversales autem, qui neque nos genuerunt, neque a nobis geniti sunt, ejusdem autem generationis & radicis nobiscum participes; sicut frater, soror, *Dei*, *Dei*, consobrinus & patruelis, consobrina, & patruelis anepsius, anepisia, & ex his deduci. Hæc autem transversalis cognatio in duo dividitur, in agnatos & cognatos. Et agnati quidem sunt ex masculina linea nobis conjuncti, ut frater germanus, & ex hoc filii soror germana; patruus, & hujus filii, & amita. Cognati autem sunt per fœmininam lineam nobis conjuncti, ut soror uterina & ejus filii; matertera, & hujus filii, sive materteræ filii. Agnati autem dicuntur & legimi: dicuntur autem & cognati, hoc est naturales: quoniam quos lex cognoscit, cognoscit & natura. Cognati autem dicuntur naturales solum: quos enim natura cognovit, non omnino lex cognoscit. His prævisis, specta rem, de qua modo agimus. Testamentariis tutoribus non existentibus, necesse est legitimos sive agnatos tutores esse, qui per masculinam lineam nobis conjunguntur: Dicuntur autem hi agnati, ut germanus frater, & hujus filius, & ex illo nepos. Conjuncti autem nobis per lineam fœmininam non sunt agnati, sed naturali jure cognati: Sic igitur materteræ meæ filius non est mihi agnatus, sed cognatus, & ego ipsi cognatus sum: quoniam qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. Amata vero agnata est, qui autem ex ipsa est, cognatus est. Quæ igitur causa? Quoniam fœminina persona apposita amitæ divisit agnationem: Universaliter autem illud scito, quacunque me contingit aliquis cognatione, eandem ego habeo cum ipso.

Quod autem dixi, vocari agnatos ad tutelam, non solum id locum habet, quando non testatus sit pater potens dare tutorem; sed etiam si quantum pertinet ad tutelæ rationem, intestatus deceferit. Quod quidem etiam tunc contingit, cum reliquit quidem tutorem, sed is, qui datus est ante testatorem, decepsit, vel forsan testator oblitus est filio tutorem dare. Sed agnationis quidem jus omnibus capitibus diminutionibus plerunque perimitur: agnationis enim juris quoddam est nomen. Cognitionis autem jus non omnibus mutatur capitibus diminutionibus. In agnatione autem ratio hæc est: quoniam civilis ratio, hoc est, capitibus diminutio, civilia jura, hoc est agnitorum corrumperem potest; naturalia vero, hoc est, cognatorum, non utique.

§. Quod  
autem.

§. Sed a-  
gnationis.

## T I T. XVI.

*De capitinis diminutione.*

**D**iximus capitinis diminutione plerunque agnitorum jura corrupti. Definiamus autem quid est capitinis diminutio. Capitis diminutio est prioris status commutatio: vel sic, passio ex juris approbatione contingens, statum mutans sive diminuens patientis. Tres autem sunt capitinis diminutiones; nam vel maxima est, vel minor, quam quidam medium vocant, vel minima. Maxima est capitinis diminutio, quando aliquis simul & libertatem & civitatem perdit: quod quidem in illis accidit, qui servi fiunt poenae propter atrocitatem latæ in ipsis sententiae, ut quando feris vel igni traditi fuerint; vel in libertis si fuere ingrati circa patronum, & propter hoc condemnati; vel in iis, qui se ad precium participandum venundari passi sunt: Horum unusquisque incurrens magnam capitinis diminutionem cum civitate libertatem amittit. Media capitinis diminutio est, quando civitas quidem amittitur, libertas vero manet integra: quod contingit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei, qui in insulam deportatus est: Uterque enim liber existens excidit Romana civitate: & in hoc quidem aequalitas. Diversitas autem, quod deportatus quidem loco circunclusus est, hoc est, insula; ille autem, cui aqua & igni interdictum est, omni summovetur loco. Minima autem est capitinis diminutio, quando & civitas & libertas retinetur, videlicet conservatur, praesens autem status commutatur: quod contingit in his, qui cum sui juris essent, dederunt se adoptandos, & facti sunt alieni juris. Vel ex adverso filiusfamilias factus est sui juris: hic enim solius subjectionis vel suæ potestatis facta est mutatio. An ergo servus manumissus patitur capitinis diminutionem? Minime: quia nullum antea habebat caput, sed nunc post manumissionem coepit habere caput, & cognosci a jure.

**S. Quibus.** Quos autem dignitate Imperator privabat, non ii pariebantur capitinis diminutionem. Ergo Senatu motus non est capite diminutus.

**S. Quod autem.** Agnatio quidem igitur perimitur per capitinis diminutionem, plerunque (sed cur appositum est plerunque discamus:) cognatio autem plerunque non perimitur. Propter hoc autem dixi plerunque: quia minima capitinis diminutio interposita in suo habitu statuque servat cognitorum jura. Nam maxima capitinis diminutio si incurrat, etiam cognitionem corruptit. Siquis enim in servitutem redactus sit, non amplius manet cognatus, quibus erat cognatus. Sed neque manumissus, qui paulo ante erat liber, pristinam videlicet, quam ante servitutem habebat, recipit cognitionem. Si autem & medium capitinis diminutionem quis patiatur, ut deportatus: etiam hoc modo dissolvitur cognatio.

**S. Maxima.**

**S. Minor.**

**S. Minima.**

**S. Servus autem.**

**S. Quibus.**

**S. Quod autem.**

**Quando pupillus indiget tutela, scis cum testamentaria non adsit, locum esse agnatis.** **Cum autem.**  
Si multi vero agnati fuerint, non ad omnes simul pertinet tutela, sed ad proximiores gradu: veluti est agnatus frater, & est patruus. Frater magis accedit & ad tutelam vocatur. Si autem multi sunt ejusdem gradus, ut multi fratres, vel multi patrui: omnes simul vocabuntur.

## T I T. XVII.

*De legitima patronorum tutela.*

**L**Ibertus vel liberta indigebant tuteore propter imbecillam ætatem; quis eorum fiet tutor? testamentarius nequaquam. Hos enim dat habens impuberis in potestate; hi autem alieni juris non sunt, manuissi ex servitute (non enim habent ascendentēs). An legitimū non. Et quo modo non habens ascendentēs habere potest transversales? ex illis enim hi accipiuntur. Quid igitur? Lex XII. tabularum patronos & patronorum liberos ad horum tutelam vocat. Prædixi enim in datione libertatis tutelæ onus inesse. Dicitur autem & hæc legitima, quoniam a XII. tabulis inventa sit. Sed potest quis dicere: atqui legens XII. tabularum verba memoriam non inveni hujus tutelæ. Sed dicamus, et si non manifeste verbis legis de ipsa nominatim cautum sit, tamen ex intentione XII. tabularum est hoc intelligere. Inquit enim in quadam parte sue legislationis: *Si quis sine liberis & intestatis deceperit, agnati ad eundo ad hujus hereditatem, & rursus in alia parte dicit, si quis indiget tutelæ, agnati sunt in tutela.* Quos igitur agnatos consolata est lucro hereditatis, hos oneravit tutela. Hæc de ingenuis. Progressa autem ad libertos dixit: *Si liberus vel liberta sine liberis & intestati deceperint, horum hereditati patroni vel liberi patronorum succedunt.* De tutela autem nihil dixit. Quoniam igitur vocavit patronos ad libertorum hereditatem, de necessitate veteres legem interpretati, dicunt eodem modo ipsis ad similitudinem agnitorum etiam tutela onerari: plerunque enim ubi successionis est lucrum, illuc & tutelæ onus esse debet. Ideo autem dixi *plerunque*, quia si foemina impuberem manumiserit, deceperit autem impubes liberus: vocatur ipsa quidem ad ejus hereditatem; non gravatur autem ipsius tutela: quia tutorem agere masculorum est, a foeminis autem alienum est.

## T I T. XVIII.

*De legitima parentum tutela.*

**M**Eum filium, vel meam filiam, vel ne- potem, vel neptem impuberis eman- cipavi. Quis ipsorum erit tutor, quia tute- ore indigent? testamentarium non licet dicere, te- stamentarium enim dat habens impuberem sub potestate. An agnatus? Non: quia corrupta sunt

sunt emancipatione agnationis jura. Quis igitur vocabitur ad tutelam? pater & avus, quemadmodum diximus etiam in superioribus, qui manumiserunt ipsos, tutores etiam sunt ad imitationem patronorum. Atque ita dicuntur & ipsi legitimi tutores.

T I T. XIX.

*De fiduciaria tutela.*

PRæter dictas tutelas est & alia, quæ fiduciaria dicitur. Nam si filium meum, vel filiam, vel nepotem, vel neptem, vel pronepotem, vel proneptem impuberem emancipavero: ego (sicuti in præcedenti titulo narravimus) sum ipsorum legitimus tutor, manumissor enim liberi capitis ad imitationem manumissi ex vera servitute vocabitur ad tutelam. Si vero contigerit mori habentem liberos virilis sexus, hi sient fiduciarii tutores impuberis, cuius per emancipationem factus sum legitimus tutor. Accidit autem non solum fratrem fratri esse fiduciarium tutorem, sed & patrum nepoti, & patrem filio. Fratrem quidem fratri sic: Habebam duos liberos, unum quidem XXV. annorum, vel & majoris ætatis; alterum autem postquam impuberem emancipavi, eram tutor ipsius legitimus. Me defuncto frater adultus erit ipsius fiduciarius tutor. Patruus autem nepoti quomodo? Habebam filium majorem XXV. annis & nepotem vel neptem ex defuncto filio; nepotem emancipavi. Ego tutor ero ut legitimus; post meam igitur mortem patruus ut fiduciarius erit tutor. Pater autem filio hoc modo: Habebam filium majorem XXV. annis & impuberem ex hoc nepotem; nepotem emancipavi. Evidenter legitimus tutor ero; post me autem pater ut fiduciarius erit tutor. Sed potest quis dicere, Quid? Patronorum quidem liberi legitimi dicuntur tutores; cur autem liberi horum patrum, qui emanciparunt impuberem, differunt appellatione? Nam hi quidem dicuntur legitimi tutores; horum autem liberi fiduciarii. Sed hæc est ratio: si non contigerit me adhuc viventem facere filium meum sui juris; mea morte fit sui juris, non recidens in potestatem sui fratri, vel sui patrui; ideo neque eandem habebit tutelam filius emancipatoris, sed vocabitur fiduciarius. Libertus autem nisi esset manumissus, sed mansisset in servitute, omnino servus erat liberorum defunctorum. Tunc autem predicti omnes ad prædictas tutelas trahuntur, quando contigerit maiores ipsos esse XXV. annis. Hoc enim generaliter constitutio nostri Imperatoris in omni tutela & curatione respondit, absurdum ratus indigentem alienæ opis aliorum gubernare substantias.

T I T. XX.

*De Attiliano tutore, & eo, qui en lege Attilia, Julia, & Titia dabatur.*

PUpillus, vel pupilla indigebant tutore; testamentarius non suberat, neque quidem

agnatus; excludebatur autem & patronalis tutela: neque pater erat ad imitationem patronorum tutor futurus, vacavit autem & fiduciaria tutela. Quis vocabitur ad tutelam? Et dicimus, Romæ quidem a prætore urbano cum majori parte Tribunorum plebis, hoc est, cum sex vel septem (nam X. erant omnes) facta inquisitione idoneum dari, lege Attilia hoc jubente: qui a legislatore dicitur Attilianus. Angustissima autem hujus legislatio, intra Romanum nempe continebatur, nec ulterius procedebat. In provinciis vero ad hujus exemplum duas leges latæ sunt Julia, & Titia, quæ jusserunt in indigentia tutoris judicio præsidis provinciæ dari tutorem, qui ex ipsis nominatus est Julius Titianus.

Non solum autem non habenti tutorem datur Attilianus, vel Julius Titianus; verum etiam, si hic adeat, sed impeditur ab aliqua causa suscipere tutelam. Quid enim quando moriens quis suum filium instituit heredem; dedit autem ipsi tutorem sub conditione, si navis ex Asia venerit, si in diem, hoc est, biennio post suam mortem? Quandiu conditio aut dies suspensa fuit, Attilianus, vel Julius Titianus tutor datur. Sed & si pure datus est tutor; & institutus heres deliberat, num adire debeat hereditatem. Fac enim extraneum institutum esse heredem, & exheredatum esse filium; tutorem autem ipsi pure reliquit, & deliberet institutus heres interea. Et hic datur Attilianus, vel Julius Titianus; Si autem contigerit conditionem venisse, vel diem accessisse, vel heredem adisse: tunc testamentarius fit tutor hi autem desinunt.

Si autem qui tutor est, ab hostibus captus fuerit: rursus Romæ quidem Attilianus, in provinciis Julietianus datur: qui definet, si ab hostibus capitus hostes effugerit, reversus enim recipit tutelam jure postliminii. Sed hæc quidem ex veteri observatione. Postea vero Attilianorum & Julietianorum sublata est datio, cœperunt enim primo loco Coss. utriusque sexus impuberibus tutores dare secundum jurisdictionem, hoc est, inquirentes, an divites sunt, futuri tutores: an honeste & frugaliter vivant; an denique alienis rebus administrandis sufficient. Post consules autem prætores ex constitutionibus eadem faciebant. Nam prædictæ leges Attilia, Titia neque de cautione debita a tutoribus quidquam statuebant, ut salvas res pupillorum servarent: neque de compellendo, tutore ad pupilli res gubernandas nominatim cavebant aliquid.

Hoc igitur utimur jure, ut Romæ quidem præfectus urbis, vel Prætor det tutores secundum suam jurisdictionem, (ideo autem dixi secundum suam jurisdictionem, quia sunt quidam, quibus præfectus, non prætor potest constitutere tutorem). In provinciis autem provinciarum præsides, vel magistratus iussu præsidum, quando impuberum sunt modicæ facultates, tutores præbent.

Noster autem Imperator sua constitutione §. Nos an- tem. hujus-

§. Sed &

§. Si ab hostibus.

§. Sed ex his.

§. Sed hoc.

hujusmodi hominum difficultates refecans, ius sit civitatum defensores, non expectata præsidum jussione, quando impuberis vel minoris substantia usque ad quingentos solidos est, una cum religiosissimo civitatis Episcopo convenientibus, & aliis publicis personis, hoc est, magistratibus, vel Alexandriae jus dicentibus, tutores vel curatores dare, legitima cautela (quemadmodum ipsa continetur constitutione) præstata periculo accipientum ipsam, si contingit hanc cautelam dantes indigere. Impuberis autem in tutela esse naturali juri conveniens est. Justum enim est hos, qui sunt imperfectæ ætatis aliorum regi administratione. Posteaquam autem puberes facti fuerint impuberis, habebunt in tutores jus repetendi rationes tutelæ.

## T I T. XXI.

*De auctoritate tutorum.*

**Q**uoniam didicimus tutorem dari ad res pupilli administrandas, debes scire, oportere nunc auctoritatem interponere in quibusdam pupilli causis: & quod factum est, hujus auctoritate non interveniente, neque factum videri. Sunt autem quædam, in quibus haud quaquam necessaria est tutoris auctoritas: ut pupillus stipulatus est a me, promittis dare mihi X. solidos? ad corroborandam stipulationem tutoris auctoritas supervacanea est. Si vero ipse pupillus interrogatus promisit, confirmat stipulationem tutoris consensus. Placuit enim licere quidem pupillo meliorem sibi facere conditionem suam, & augere sua bona sine tutoris auctoritate; diminuere autem non aliter, quando si facto adsit tutoris auctoritas. Unde in his casibus, in quibus ex utroque latere nascuntur obligationes contrahentibus, ut in emptione, conductione, mandato, deposito (nam qui obtulit, habet directam depositi actionem qui autem impendit circa depositum, habet contrariam) si non intervenerit tutoris auctoritas: contrahens quidem cum pupillis obnoxius ipsis fiet, ipsi autem contrahenti non obligantur.

**§. Neque.** Sed neque hereditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque fideicommissariam hereditatem suscipere aliter possunt, nisi ex tutoris auctoritate: quamvis lucrum sit fideicommissum, & nullum habeat in se damnum.

**§. Tutor.** Tutor autem præsens auctor fieri debet, si hoc conferre pupillo judicet. Post tempus vero, vel præsens, vel absens per epistolam non firmiter interponit auctoritatem. Ut, contraxi ego cum pupillo, oportet tutorem præsentem, cum sit contractus, dicere: auctor fio. Si autem adest in civitate; post unum autem forte diem accedens dixerit: auctor fio; vel etiam non veniens per epistolam indicaverit, se auctoritatem interponere: infirma, (sicut dictum est) erit auctoritas.

**§. Si autem inter.** Pupillus cum tutoris auctoritate debet judi-

cium agere. Unde illud quæsumus est: tutor ego pupilli sum, habebam causam adversus ipsum, reus vel actor; Pupillus nec convenire, nec conveniri poterat sine mea auctoritate; Ego in rem meam auctoritatem interponere prohibebar; causa autem dilationem non recipiebat. In hoc casu olim tutor a prætore constituebatur, qui etiam prætorius dicebatur, quia apud prætorem dabatur. Sed veteri sublata diligentia sublatus est simul prætorius tutor. Hodie autem curator in locum ipsius datur: quo interveniente peragitur judicium, & eo peracto curator esse definit. Et in hac causa pupillus pariter & in tutela est, & in curatione; in aliis enim rebus ego sum ipsius tutor. In causa autem sola, quam adversus me habet, recipit datum curatorem.

## T I T. XXII.

*Quibus modis tutela finitur.*

**D**icta constitutione tutelæ, dicamus ipsius etiam dissolutionem: quod enim aliquo modo constituitur, id aliquo modo dissolvitur. Dissolvitur tutela pubertate masculi pariter & foeminae. Puberatatem autem veteres non solum ex annis, hoc est excessu XIV. annorum judicabant, sed etiam ex habitu corporis. Ergo sive habitus accessisset ante XIV. annum, sive quis excessisset quartum decimum annum habitu nondum adveniente: hic inter puberes non habebatur, sed quando duo illa concurrebant. Hodie autem clementissimus noster Imperator indignum id esse castitate suorum temporum judicans, justit id, quod fuit vetus consuetudo in foeminis (in illis enim tempus solum quarebatur, an excessisset XII. annum, habitum enim in ipsis curiose explorari turpe existimatum est). Reputavit igitur noster Imperator & in masculis impudens esse habitum corporis spectare: ideoque constituit hoc valere, quod valebat in foeminis. Unde fecit constitutionem, in qua disposita puberatatem in masculis incipere post finem XIV. anni; in foeminis autem quæ antea obtinebant, rata esse voluit, videlicet ut post XII. annum completum viri potentes esse censeantur.

Præterea dissolvitur tutela, si impuberis facti fuerint captivi, vel fuerint arrogati, vel deportati. Interdum enim proximi pubertati deliquerunt aliquid, & in hanc poenam inciderunt: Vel si facti sint servi, ingrati forsitan visi circa suos patronos; vel si sint capti ab hostibus: Ergo tollit tutelam minima, & media, & maxima capitum diminutio. Sed & si quis datus sit tutor testamento impuberi cum certa conditione: ut, esto tutor usque quo navis venerit ex Asia; conditione eveniente dissolvitur tutela. Mors etiam tutoris, vel pupilli dissolvit tutelam. Si autem & passus fuerit tutor magnam capitum diminutionem, per quam amittit libertatem, vel medium, per quam perdit civitatem: omnis tutela perit. Minima autem capitum diminutione tutoris (ut si sepius arrogandum præbuerit) legitima

*§. Iter. nitur.*

*§. Sed & si.*

*§. Simili.*

*§. Sed & capitum.*

§. Præter-  
ea. ma tantum corruptitur tutela; reliquæ autem ut testamentariae, & datæ a magistratu manent in habitu. Pupilli enim capit is diminutio, etsi mini na sit, omnes tollit tutelas; ht enim alieni juris pupillus. Qui vero sunt alieni juris, alienum est his esse in tutela. Datus est aliquis tutor in testamento usque ad duos annos; ubi biennium præterierit, tutor esse desinit.

§. Defi-  
nunt. Cessare facit tutorem etiam remotio a tutela, quia visus sit suspectus; forte enim male gubernat res orphani. Item si utatur excusatione, hoc est excusaverit se ex iusta causa (discemus autem justas causas inferius) etiam sic tutor esse desinit.

## T I T. XXIII.

### *De Curatoribus.*

§. Masculi  
quidem. **D**iximus eorum, qui sui juris sunt, aliquos quidem esse in tutela, aliquos autem in curatione, aliquos autem neutro jure teneri; item diximus de tutoribus, & quot sint tutellæ, (sunt autem hæ: testamentaria, agnitionis sive legitima, patronorum, hac autem continetur & manumittentium patrum tutela, fiduciaria, & Attiliana, sive Julianitiana, cujus in locum aliam nunc introduxit divus noster Imperator). Præterea etiam quot modis dissolvitur tutela. Dicamus nunc & de curatione. Masculi quidem & foeminae puberes facti, curatores accipiunt usque ad XXV. annos completos: qui quamvis sint puberes, tamen adhuc hujus ætatis sunt, ut non possint suam tueri substantiam. Dantur autem curatores ab iisdem magistratibus, a quibus tutores. Sed curator non datur valide testamento, datus autem prætoris decreto, vel præsidis confirmatur. Adolescens invitus non accipit curatorem, præterquam in certam litem: quia curator etiam ad certam causam dari potest, ut prædictimus. Ergo multæ sunt differentiæ inter tutores & curatores. Tutor enim, impuberum solum est tutor; curator autem puberum, verum nonnunquam impuberum. Tutor testamento bene datur; curator autem invalide. Invitus nullus curatorem accipit; tutorem autem aliquis etiam nolens. Tutor ad certam causam dari non potest; curator autem maxime.

§. Furiosi. Curatores accipiunt præter minores furiosi quoque; infuper & prodigi, & si majores sint XXV. annis: Sunt autem in curatione agnatorum ex lege XII. tabularum. Et Romæ urbis præfectus, vel prætor; in provinciis autem præfides dant furiosis & prodigi ex inquisitione curatores, quando non subest agnatus; vel si subest, non est idoneus ad gubernandum. Dantur curatores, & mentecaptis, & furdis, & mutis, & his, qui perpetuo morbo laborant, quia non possunt ipsis res suas curare.

§. Interdum. Interdum & pupilli curatores accipiunt; ut si legitimus tutor non sit idoneus. Propter hoc enim alias tutor non datur, sed curator; quia regula

est dicens; tutorem habenti tutor dari non potest. Si autem testamentarius tutor, vel a magistratibus datus non idoneus est ad administrationem, nec tamen fraudulenter versetur circa pupilli negotia: solet ei curator adjungi. Item in loco excusantium se a tutela ad tempus curatores solent dari, quod ex sequentibus cognoscemus.

Si tutor ægrotet, vel ab alia necessitate impediatur pupilli negotia administrare, ut suis detenus litibus; & pupillus vel abest, vel præsens quidem, est infans: potest tutor suo periculo actorem constituere apud prætorum, vel apud provinciarum præsidem: qui actor ideo appellatur, quia per acta constituitur. Si autem adest pupillus, & possit loqui, cum tutoris auctoritate exhibebitur.

§. Quan-  
do si.

## T I T. XXIV.

### *De satisficatione tutorum, vel curatorum.*

**E**xpoſuimus curatorum constitutionem & dissolutionem, & aliquos quidem usque ad XXV. annos curatores accipere, aliquos autem propter morbum usque ad morbi finem: nunc generalem sermonem instituimus ad omnes administratores pertinentem. Omnis tutor & omnis curator cavere debet, datis fidejussionibus, & promittere salvas, & stabiles custodire res eorum, quos habent in tutela vel curatione: hæc enim maxima prætoris cura. Excipe autem in tutoribus testamentarium, hic enim fidejussionibus non gravatur. Fidelem enim ipsum & diligentem fore circa administrationem, testatoris nobis probatum est testimonio. Similiter autem dati ex inquisitione tutores, vel curatores satisfare non coguntur. Idoneos enim ipsos esse, magistratum arguit inquisitio, solet enim magistratus hæc inquirere: an honesta sit vita, an dives, an habeat vitæ pignora, hoc est liberos. Nam liberos habens, novit quo modo oportet agere cum pupillis, quibus datur loco patris: & an diligat eam, quæ se protulit, patram.

Interdum autem & hi satisfiant. Si enim contigerit duos, vel plures datos esse testamentarios, vel ex inquisitione tutores curatoresve; unus autem horum volens indemnum servare pupillum, offert satisficationem: præponit contutori, vel concuratori, & solus admittitur. Tertior enim est pupillo satisfatio, quam defuncti testimonium, qui potuit decipi, sicut & magistratus in inquisitione. Ideo soli ipsis committetur administratio. Potest tamen & alter hac in re contradicere, & satisfando, in seipsum transferre administrationem. Ergo cum sunt multi testamentarii, non potest quis exurgens dicere contutori, vel concuratori, satisda & habe tibi administrationem. Sed si quis id velit agere, ut contutor aut concurator suus satisfiet: ipse prius fatis offerat, ut ex æmulatione & invitamento aliis det fatis. Offerens enim ego satisficationem do electionem contutori,

*§. Scindunt.*

tori, utrum velit satisfactionem a me accipere, & præbere mihi administrationem; an potius ipse satisfare, & administrare. Quod si nullus testamentariorum vel datorum ex inquisitione satisfactis offert: si quidem defunctus certæ alicui personæ administratione mandavit, ille administrat solus: Si vero de nullo hoc declaravit testator, ille administrat, quem major pars tutorum elegerit: hoc enim etiam prætoris editio continetur. Sin autem dissentient inter se tutores circa administraturi electionem, & eligunt alius alium (par enim, cum non magna sit pupillaris substantia, unum sufficere administrationi) tunc prætor quem vult eligat, & ipsi committat administrationem. Idem dicimus in omnibus & quamplurimis datis ex inquisitione: oportet enim & in ipsis majorem partem eligerre eum, qui administret. Adultus autem adolescentis, videlicet minor factus perfectæ aetatis non solum tutores, vel curatores causa administrationis reos facere potest, sed & illos, qui ab administratoribus capiunt satisfactionem: habentque in hos in factum actionem vel indemnitas, quæ dicta est subsidiaria, quasi ultimum præsidium sibi præbens. Quando enim neque administratores, neque ipsis fidejussiones indemnitatē pupillo compararunt: tunc qui acceperunt cautionem ab his, tenebuntur actione in factum, quæ ab re dicta est subsidiaria. Datur autem quando vel omnino nullas acceperint satisfactiones, has accipere soliti; vel acceperint quidem, sed idonei satisfactores non fuerint. Hæc autem & in heredes datur (ut dictum est) tam ex prudentum responsis, quam ex imperialibus constitutionibus. Sed & illud cavitur, ut præbiti tutores, vel curatores nisi voluerint satisfare ob suam administrationem, captis pignoribus ad hoc compellantur: hoc est iuri magistratus capientur ex ipsis bonis res loco pignoris. Neque tamen urbis praefectus neque prætor, neque præses provinciae tenebuntur subsidiaria; sed hi soli, quibus consuetudo est tales accipere satisfactiones, ut magistratus, defensores civitatum.

### T I T. XXV.

#### *De excusationibus tutorum, vel curatorum.*

**N**on solum autem quod modo diximus, tutorum & curatorum illud commune est, ut unusquisque ipsis satisfactionibus oneretur, sed & illud quoque ut unusquisque ipsis vocatus ad administrationem, excusatione uti possit. Sciens enim lex onerosam esse, & gravem curam administrationis, excusationes ex diversis causis induxit: quarum una si quis utatur, effugit administrationis molestiam. Plenunque autem propter liberos excusare nos possumus sive in potestate sint, sive emancipati. Si enim quis habet tres liberos viventes Romæ, vel quatuor in Italia, vel in provinciis quinque, libere se excusat a tutela & curatione ad exemplum ceterorum munerum: nam & tu-

telam & curationem publicis adnumerari numeribus conceditur. Adoptivi filii non profundunt ad excusationem, sed naturales, sicuti dictum est: etiam si contigerit esse datos alteri in adoptionem. Ex filio nepotes proderunt, media persona extincta, succedunt enim patris loco: ex filia autem non excusant. Liberi autem, ut dixi, viventes tantum proderunt, non mortui. Sed si in bello amissi sint, quæsitum est an prosint. Et placuit hos solos præbere nobis excusationem, qui in acie & in ipso conflictu ceciderunt. Qui enim pro republica interierunt, videntur per rerum gestarum gloriam semper vivere. Et Marcus Imperator in constitutionibus semestribus rescripsit, eum, qui fiscales si-  
*§. Item di-*  
*vus.*

ve publicas res administraret, quandiu talem retinet administrationem, habere excusationem a curatione & tutela. Et ratio manifesta est. Necesse enim est nos vel subvenientes pupillo filium laedere, vel indemnitatē fisco vindicantes pupillorum jura facere deteriora.  
*§. Item bi-*  
*qui.*

Item reipublicæ causa abentes excusantur ab administratione, non solum futura, sed etiam presenti; & si post acceptam administrationem non præbetur excusatio. Qui vero attigit publicam administrationem, & interea reipublicæ causa abesse cœperit, utitur quidem excusatione; sed tandem abstinerere sine periculo potest ab administratione, quandiu reipublicæ causa abest. Itaque & curator datur interea loco ipsius; reverlus autem hic ex peregrinatione causa reipublicæ statim subiicitur tutelæ oneri, ne anni quidem habens ad hoc excusationem sive vacationem, sicut & Paganianus in quinto responorum libro scribit: anni enim spatium reversis ab reipublicæ causa peregrinatione datur ad excusationem, quando quis ad novam vocatur administrationem. Ergo si tutor existens, reipublicæ causa absfuerit: desino quidem esse tutor, reverlus autem statim recipiam administrationem cogente necessitate. Sed si non existens tutor reipublicæ causa absfuerit, deinde redivero, post autem redditum vocatus fui ad administrationem aut primo mense post redditum aut sexto aut decimo aut duodecimo, & (ut simpliciter dicam) priusquam peractus sit annus: possum meisum excusare.

Et potestatem aliquam gerens utitur excusatione, ut vult divi Marci rescriptum: suscepit autem tutelam potestas accedens non disolvit.  
*§. E. wi-*  
*potestatem.*

Litem habebam cum pupillo. Excusationem hoc non dabat, nisi utique de tota nostra substantia sive de hereditate sit nobis controversia.  
*§. Item pre-*  
*pter.*

Tres tutelæ, vel curationes, quas non data opera suscepit, vacationem mihi præstant quartæ administrationis, quandiu geruntur tres tutelæ, vel curationes. Ideo autem dixi, quas non data opera suscepit: quia si sape studui hanc tutelam vel curationem subire, quæ sit levissima, non perficiet trium numerum. Illud autem sciendum est, ex bonis non ex personis multitudinem judicari tutelarum. Si quis enim decesserit, tribus pluribusve liberis relictis, &  
*§. Item*  
*tria.*  
*fio*

**fio horum tutor, una est tutela, quoniam est una substantia.**

**§. Sed propter.** Item paupertas excusat ab administratione: hoc enim tam divi fratres Severus & Antoninus rescriperunt, quam per se divus Marcus. Ergo licet invenire etiam paupertatem adjuvantem. Si quis vocatus ad tutelam ostenderit se non idoneum neque sufficientem administrationi; vel etiam malam valetudinem sibi adesse allegabit, quæ concedat sibi ne suas quidem res gerere, habebit excusationem a tutela. Illiteratus administrationis excusationem habet ex divi Pii responso, quamvis etiam imperiti literatum interdum possunt alienas substantias administrare.

**§. Item si.** Si quis suum inimicum reliquerit testamentarium tutorem suo filio, excusatur datus. Sicut per contrarium non excusat, qui viventi adhuc patri impuberum promisit se filiorum ipsius tutorem fore. Nullus ex hoc tantum se poterit excusare, quod dicat se ignotum fuisse patri pupillorum: jubet enim contra divisorum fratribus constitutio. Inimicitiae, quæ fuerunt mihi cum patre impuberum, vel minorum: si quidem capitales fuerunt, neque reconciliatio intercessit, excusant me a tutela. Si autem non fuerunt capitales, non excusant.

**§. Item si quis.** Si quis induxit mihi de statu quæstionem: non cogor filiorum hujus tutor esse.

**§. Item major.** Major LXX. annis & a tutela, & a curatione liberabitur; minor autem XXV. annis olim quidem vocatus utebatur excusatione dicens, minor sum XXV. annis. Constitutio autem nostri Imperatoris hunc prohibet, nendum excusat. Unde si quis minor XXV. annis vocatus fuerit ad tutelam, vel curationem, non indiget excusatione, ut ea ipsa divina cavitur sanctio. Ergo neque pupillus, neque pubes dum sit minor, ad legitimam tutelam vocabuntur. Erat enim hoc ab omni civili lege alienum alieno indigentes auxilio in suis rebus administrandis & ab aliis regendos aliorum fieri administratores. Sicut autem minor neque volens fit administrator, sic neque miles.

**§. Item in Roma.** Romæ grammatici, rethores, medici & in patria sua talia profitentes studia, & qui intra numerum sunt a constitutione complexum, vacationem habebunt ab administratione. Constitutio enim est Antonini, quæ definit quod grammaticos, vel rethores, vel medicos oporteat esse in unaquaque civitate.

**§. Qui autem.** Habens multas excusationes, si quibus ipsarum usus aliquis reprobatus est, intra excusationis tempora reliquis uti potest.

**§. Qui autem excusare.** Vocatus ad tutelam, vel curationem, & voleans effugere hoc onus, excusatione uititur, non appellat: tunc enim appellatio necessaria, quando aliquis usus excusatione non obtinuerit causam. Utens autem excusatione intra L. dies continue currentes non quidem utiles hac utatur: ex quo enim cognovit se tutorem datum, incipiunt currere. Utuntur excusatione five testamentarii, five legitimi, five patronales, five fiduciarii, five a magistratibus dati tutores;

*Tom. II.*

five etiam curatores specialiter dati, vel a legibus vocati, five habitant in ipsa civitate, in qua vocati sunt, five intra centesimum lapidem ab illo loco, ubi dantur tutores, five ultra centesimum lapidem commorantur: calculatione facta XX. milliariorum, quæ in singulos dies præbentur, quæ debet facere vocatus, ut perveniat ad locum, in quo nominatus est, ut utatur excusatione. Sic tamen, ut relinquuntur ipsi XXX. dies, postquam constiterit in illa civitate, in qua vult se excusare. Quod etiam Scavola sic dicebat debere computari, ut minus quidem quam quinquaginta dies nunquam habeat tutor ad excusationem; nonnunquam & amplius. Ut, absuit CC. millibus; postquam cognovit, habet ad iter quidem X. dies, post adventum autem quadraginta. Absuit trecentis, habet ad iter XV. dies, & post adventum reliquos XXXV. dies. Si autem absuit CD. millibus, habet quidem ratione viæ dies XX. vicies enim viginti sunt CD. reversus igitur habet XXX. dies. Si autem absuit D. millibus, habet XXV. dies ad viam, & triginta post redditum. Si autem mille millibus abest, habet L. prætextu viæ, & XXX. integros post decursum L. dierum. Et hoc modo invenitur habens plus, quam L. dies; minus autem nunquam, prout propositum est in superioribus exemplis.

Datus est aliquis tutor: hic ad omnia pupilli negotia dari creditur. Neque dicimus in aliquibus quidem esse tutorem, in aliquibus autem non esse.

Tutor fui pupilli, factus est pubes. Nominatus sum hujus curator, nolens non cogor ad curationem. Igitur & si pater testamento tutorem me reliquit filio suo impuberi, & adiicit eundem me curatorem ipsi fore: non cogor ipsius curator esse. Hoc enim divi Severus & Antoninus rescriperunt.

Datus est quispam uxori suæ curator. Potest uti excusatione, quamvis antea immiscuerit se administrationi. Tutor aliquis nominatus, & allegationibus usus falsis meruit excusationem. Non liberat ipsum hoc a tutelæ onere; sed si quod evenerit damnum pupillo, ex eo, quod ipse non administrarit, hoc reficeretur tenetur.

## T I T. XXVI.

### *De suspectis tutoribus, vel curatoribus.*

**D**lximas, quæ sunt circa excusationes: dicamus & quæ sunt circa crimen suspicitorum tutorum, & curatorum. Hoc autem crimen Iex XII. tab. introduxit. Et videamus, qui cognoscant tale crimen, & qui ut suspecti reiificantur, & qui suspectos criminari possint. Accusantur suspecti, Romæ quidem apud prætorem, in provinciis autem apud præsides, & amplius apud legatum proconsulis.

Ostensis cognitoribus, dicamus & de suspectis. Sciendum omnes tutores five testamentarii sunt, five alterius generis recte accusari. Un-

P p p

**§. Datus.**

**§. Qui in tutam.**

**§. Idem rescriperunt.**

**§. Si quis.**

**§. Oferimus.**

de

de & legitimus ut suspectus removetur. Si autem & patronus sit, idem dicemus. Hoc tamen scire oportet parcendum esse patrui famae, licet ut suspectus remotus fuerit: nam suspicionis judicium famosum est.

**§. Consequens.** Nuac consequens est dicere, qui suspectos possint accusare. Et sciendum est talem accusationem esse publicam, hoc est, omnibus hominibus permittam esse talem actionem. Plus dico, etiam mulieres admittuntur ad tutorum accusationem: permittente divisorum Severi & Antonini rescripto. Sed illæ folæ, quæ pietatis necessitudine inductæ ad hoc proceperunt; ut mater, nutrix, avia. Sed neque prohibita est soror, neque alia mulier, cuius prætor videt mentem inclinantem ad pie faciendum: quam tamen non impudenter agentem neque sexus verecundiam egredientem videt, sed pietate duæam non posse pati pupillis illatam injuriam; hanc etiam admittit ad accusationem.

**§. Impuberis.** Impuberis tutores suos, non repellunt ut suspectos. Puberes autem curatores accusant: de sententia tamen necessiarum personarum, ut cognatorum & per affinitatem sibi coniunctorum. Et hoc Severus & Antoninus rescriperunt.

**§. Suspectus.** Suspectus autem est & qui non bona fide tutelam gerit, & si solvendo sit. Hoc enim Julianus inquit. Tutorem etiam, antequam incipiat administrare, ut suspectum removeri posse Julianus respondit, & statim responsum ejus constitutione quadam comprobatum est. Remotus autem ut suspectus, siquidem propter dolum, famosus est; si ob culpam, non æque.

**§. Si quis autem.** Quandiu autem aliquis ut suspectus accusatur, quousque peractum sit judicium, non debet administrationem attingere. Interdictum enim est ipsi, ut Papiniano videtur. Si autem suspecti cognitio ante suscepcta sit, interea vero tutor vel curator deceperit: extinguitur tale judicium. Quomodo enim fieri potest ut reiciatur jam defunctus?

**§. Si quis tutor.** Si tutor non appareat, ut alimenta pupillo a magistratu decernantur: cautum est sanctio Sevari & Antonini, ut in possessionem bonorum ipsius pupillus mittatur, & curator detur bonis tutoris, distracturus quæ mora temporis corrumpuntur, ut jumenta, & vestes, & quæcumque talia. Ergo ut suspectus removeri potest, qui pupillo non præstat alimenta. Si quis autem præsens negat posse ministrare alimenta pupillo, ideo quod sit pauper, mendax autem sermo ipsius demonstratus sit: remittetur ad urbis præfectum puniendus, sicut & ille, qui datis pecuniis tutor fieri studuit. Libertus si male gessisse tutelam filiorum vel nepotum sui patroni probatur, remittetur ad præfectum urbis in corpore puniendus.

**§. Novissime.** Novissime autem hoc sciendum est, qui fraudulenter circa tutelam, vel curationem versantur, etiam si satisfactionem offerrent, rem pupilli salvam fore, nihilominus removendos esse a tutela; quia fatidatio malevolum tuto-

ris propositum non mutat, sed facultatem diutius graftandi in pupilli bonis ipsi præbet. Suspectum enim illum putamus, qui tam indecentibus est moribus, ut ex ipsis ostendatur esse suspectus. Tutor autem, vel curator, quavis pauper sit, fidelis tamen, & diligens, quasi suspectus removendus non est.

§. Suspectum.

### INSTITUTIONUM LIBER SECUNDUS.

#### T I T. I.

##### De rerum divisione.

PERsecuti libro superiore leglatores, auspicatique juris divisionem, diximus circa tria Romanorum versari legislationem; circa personas, circa res, circa actiones. Completa autem in ipso personarum doctrina, qua diximus aliquos quidem esse liberos, aliquos autem servos & liberorum alios esse ingenuos, alios autem libertinos. Exposuimus & secunda divisione, qui hominum sunt alieni juris, qui sui; & potestas in quos constituitur, & quot modis dissolvitur. Et eorum, qui sunt sui juris, qui nam sint in tutela, qui autem in curatione. Cognitis & tutorum constitutionibus, & dissolutionibus, & excusationibus, & suspectorum accusationibus, veniamus nunc ad librum ordine secundum, & dicamus de rerum divisione. Divisio autem est immensæ materiæ brevis comprehensio. Summa autem rerum divisio ita se habet. Rerum quædam sunt sub nostro dominio, & potestate, quædam extra dominium nostrum & potestatem. Quædam naturali jure sive jure gentium communia omnium sunt; quædam autem publica sive popularia; quædam universitatis; quædam nullius; pleraque autem singulorum: quæ variis de causis unicuique acquiruntur, sicut ex subiectis apparebit. Naturali quidem jure communia omnium hominum sunt hæc: aer, aqua profluens, mare, per hoc & littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibebitur deambulandi gratia, vel navem adaptandi. Sic tamen ut a viliis sive domibus & illic jacentibus monumentis vel ædificiis se abstineat, & hæc non turbet. Nec enim ea sunt communia omnium hominum, neque juris gentium, sicut & mare. Fluminia autem omnia & portus publici sunt, hoc est populi Romani. Ideo & jus piscandi omnibus commune est in portubus & fluviosis. Quod autem dixi, littus juris gentium est, sicut & mare, definire oportet quid est littus. Littus est, quatenus hybernum maximus fluctus excurrit; ergo & æstatis tempore illuc usque littus determinamus.

Riparum quoque usus jure gentium, sicut & ipsius fluvii publicus est. Itaque & naves ripis applicare, vel funes natis illic arboribus religare, & onera navis in his locis deponere libera omnibus est facultas; sicut & navigare per ipsum flumen nullus prohibetur. Usus igitur (ut dictum est) riparum publicus, vide- licet

§. Et quidem nulli.

§. Fluminis.

§. Riparum.

Ad Institutiones Justiniani &c. 483

licet jurisgentium est; proprietas autem ipsarum riparum illorum est, quorum praediis adhaerent. Ideo arbores quoque in eisdem natæ ripis, illorum sunt, quorum est & proprietas riparum: solo enim cedunt imposita.

reliquias inferre, & religiosus fit locus. Si vero deposuerit absque notitia, & dominus ubi factum rescierit, proprium duxerit: etiam sic locus fit religiosus.

S. Little  
THUR.

Littorum quoque usus publicus est, sicut & ipsius maris. Unde omnibus volentibus liberum est tuguria ibi imponere, quo se recipient ad quietem; sicut & ficcare retia, & a mari deducere. Proprietas autem littorum speciali domino non subiicitur: ejusdem enim juris est & mare, & quæ mari subjacet terra, vel arena.

Sanctæ autem res, veluti mœnia, portæ, quodammodo divini juris sunt, & in nullius bonis esse possunt. Ideo autem mœnia diximus sancta, quia poena capitis constituta sit in eos, qui aliquid contra mœnia deliquerunt, ut qui lapides abstulere, vel quomodocumque nocuerunt. Unde & illas legum partes, in quibus poenæ scriptæ sunt contra adversantes legibus sanctiones vocamus. Dicuntur autem inde sancta, quod sancire est firmare. Quoniam igitur firmant nos mœnia, ideo sancta appellantur. Potest & fabulosa quædam appellationis causa reddi. Dicunt olim Deos consuetudinem habuisse cum hominibus, & illesos ippos undique conservasse; deinde subsecutis temporibus reliquisse homines, damnatis illorum moribus: quo auxilio destituti homines ad exemplum divinæ custodiae mœnia excogitarunt. Quoniam vero sanctum est venerabile, ideo mœnia & portas, ut quæ loco maxime venerabilium excoigitata sunt, sancta nominaverunt.

S. Universitatis.

Conventus autem five universitatis, non singularum sunt, quæ sunt in civitatibus theatra, stadia publica, lavacra, porticus, & siqua alia sunt communia civitatum.

S. Nullius.

Nullius autem sunt sacra, & religiosa, & sancta. Quod enim divini juris est, id nullius in bonis est. Sacra autem sunt, quæ rite & per Pontifices Deo consecrata sunt: quales sunt ædes sacræ, & martyrum monumenta, & oratoria, & dona, quæ convenienter ad ministerium Dei determinata sunt, ut preciosi thesaуri. Hæc enim nostri Imperatoris constitutio alienari, & obligari prohibuit, excepta causa redemptionis captivorum. Si enim contigerit captos esse aliquos a barbaris, & sanctissima civitatis illius ecclesia pecuniarum indigeat: facultas datur civitatis Episcopo sive dispensatori preciosos thesauros vendere, & pignori dare ad pecuniarum contractionem, ut ex illis captivos redimat. Si quis autem sua auctoritate quasi sacrum sibi ipsi constituerit locum, nemo hunc sacrum vocet (diximus enim semel quomodo sacra fieri consueverunt). Sed dicimus hujusmodi locum esse prophanum. Si vero evenierit templum sacrum terræ motu corruisse, vel etiam antiquitate collapsum esse: nihilominus locus, in quo templum fuerat, sacer manet, & nullius domini, ut Papinianus inquit: factus enim sacer nullo modo desinit sacer esse.

*S. Religio-  
sum.*

factus enim facer nullo modo definit facer est.  
Nullius domini sunt etiam religiosa. Religio-  
sum autem unusquisque homo sua facit volun-  
tate, dum mortuum infert in suum locum. Lo-  
co autem communī, siquidem purus est, nec  
dum factus est religiosus, invito socio & infer-  
ri illuc nolente, non licet ibi reliquias depo-  
nere. Quod si commune est sepulchrum, etiam  
sociis nolentibus, licet ibi inferre & reponere.  
Si cuius autem loci alius habeat usumfructum  
( ususfructus autem est jus quoddam certis mo-  
dis constitutum, quod mente percipitur, quod  
facit me in aliena proprietate usum habere &  
fructum ). Si igitur ejusdem loci alius habeat u-  
sufructum, alius autem proprietatem : proprie-  
tarius in dicto loco deponens reliquias præter  
usufructuarii voluntatem religiosum locum non  
facit. Ex quo enim religiosus est, non potest  
esse in bonis. In aliena autem proprietate usum-  
fructum constitui diffinitio nos docuit ususfruc-  
tus. Haud injuria necessarius est usufructuarii  
consensus, & nihil est ratum eorum, quæ fiunt  
a proprietario in usufructuarii damnum. In a-  
lienum autem locum concedente domino licet

Dicamus posthac & de rebus, quæ referuntur sub proprietatem singulorum hominum. §. Singu-  
lerum.  
Hæc autem multis modis nostri sunt dominii. Quarundam enim rerum domini efficiuntur naturali jure, quod (quemadmodum dictum est) ius gentium appellatur: quarundam vero stricto & civili jure, hoc est, speciali Romanorum. Sed commodius sit ab antiquis doctrinam incipere. Palam est autem antiquius esse jus naturale; quod cum ipso genere humano in lucem natura protulit. Civilia enim jura tunc esse cœperunt, cum & civitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

Ferae igitur bestiae & volucres, item pisces, §. Ferae  
hoc est, quecumque animalia in terra, vel in  
mari, vel in coelo nascuntur, simul atque ab  
aliquo capta fuerint, jure gentium statim il-  
lius dominii esse incipiunt. Quod enim antea  
sub nullius erat dominio, id naturali ratione  
preoccupantis fit. Nec refert utrum feras be-  
stias, & volucres in suo quisquam fundo ca-  
piat, an in alieno, progressus illuc ad venan-  
dum aucupandumve. Reste autem potest a do-  
mino fundi, si id præviderit, prohiberi, ne su-  
um fundum ingrediatur. Si quid autem predi-  
ctorum animalium quisquam cœperit: eosque  
sub suo habet dominio, donec ipsius custodia  
coercetur. Si vero possidentis custodiā evase-  
rit, & in naturalem libertatem se receperit, defi-  
nit esse illius, qui antea possidebat, & rursus  
occupantis fit animal. Naturalem autem liber-  
tatem recipere intelligitur animal, cum nostros  
oculos effugerit; vel subjacet quidem nostro con-  
spectui, sed ita, ut difficilis sit comprehensio.  
Quid enim si effugerit in altissimum quempiam  
locum, & inaccesum?

Illud quæsumitum est: Cervus vel aper ita a me vulneratus est, ut facile capi posset: quidam dicunt statim hujusmodi animal meæ fie- §. Illud quæsumitum.

ri proprietatis: aliis autem placuit fieri quidem meum, quod a me vulneratum est, simul ac vulneratum est; sed eoque meum videri, donec persequar. Quod si persequi desero, meum esse desinit, & occupantis fit. Tertia fuit sententia dicentium, me, qui vulneravi, non aliter esse bestiae dominum, quam si ipsam cœpero. Et hanc tertiam sententiam magis confirmat noster Imperator addita tali ratione, quod multa accidere solent, ut eam non capiam. Fortasse enim occurrentis bestia fera prohibuit me ulterius progrexi, vel rapuit a me vulneratam, vel in persequendo loca offendit difficultia, ut non potuerim feram investigare.

## §. Apium.

Apium natura fera est. Itaque quæ in tua arbore confederunt apes, non prius sunt tuæ, quam ipsas alvearibus incluseris. Sicut neque aves, quæ in tua arbore nidum fecerunt, non prius tuæ sunt, quam cœperis. Unde si quis præveniens easdem in suis reposuit alvearibus, earum dominus erit. Favos quoque, quos ab apibus fieri contigerit, volens potest eximere, et si in meo agro facti sunt. Si vero priusquam favos alius tetigerit, prævidens ego ingredi ipsum meum fundum, prohibui: (postum enim hoc jure facere) favos capiam nullo impediente. Apium examen si relictis tuis alvearibus avolarit: eoque intelligitur esse tuum, quod ad subjectum fuit tuis oculis, & ejus comprehensio non est difficultis: si vero tuum effugerit conspectum; occupantis fit.

## §. Pavonum.

Pavonum & columbarum fera natura est. Nec prodest dicere, confueville iplos avolare & revolare: nam apes idem faciunt, & constat ipsarum naturam esse feram. Cervos quoque quidam sic habent mansuetos, ut ii relinquant dominos, & in sylvas abeant, & redeant: & ipsorum nihilominus fera natura est. In his autem animalibus, quæ ex consuetudine abeuntia reverti solent, talis nobis potentissima regula tradita est, qualis in apibus, columbis, pavonibus, cervis: dicimus enim tandem nostra esse, quoad animum habent ad nos revertendi. Quod si desierint hujusmodi animum habere: delinunt nostra esse, & sunt occupantis. Sed quoniam in animalibus animus deprehendi non potest, hunc ex ea, quam circa redditum habent, consuetudine percipiems. Fac enim mihi cervam esse, quæ me reliquens in sylvas ire consueverit, & redire eodem die, sive postridie, sive perendie, nondum autem ultra tres dies mea domo absuit: si quidem intra triduum quo reverti consuevit, capta ab aliquo fuerit: ego ut injuria affectus circa proprietatem, habeo in ipsum actionem in rem. Si vero quanto die cœpit quis ipsam, nullam in eum habeo actionem. Perspicuum enim est ex eo, quod non servavit revertendi consuetudinem, meum ab illa contemptum esse dominium.

## §. Gallinarum.

Domesticarum gallinarum & anserum natura non est fera: idque ex eo possumus intelligere, quod alias sunt gallinæ, quas feras vocamus, græce ἄγριορνιδες item alii anseres, quod feros appellamus, græce ἄγριοσχηναριαι:

ideoque si tui anseres aliquo casu turbati turbaræque avolaverint, licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint: tui tuæque esse intelliguntur. Et qui lucri gratia sive intervertendi animo ea animalia retinet, furtum committere intelligitur, & tenetur furti actione.

Naturalis acquisitio est & earum rerum, quæ ex hostibus capiuntur: jus enim gentium statim nostra fieri vult, quæcunque cepimus ex hostibus. Itaque & liberi homines capti a nobis statim in servitatem nostram deduntur; qui tamen evaserint a nostra potestate, & ad suos reversi fuerint, pristinum statum recipiunt. Lapidés preciosi, item & gemmæ & cætera, quæ in littore inveniri solent, naturali jure statim sunt inventoris. Item ea, quæ ex animalibus dominio meo subjectis nascuntur, mea sunt eodem jure, quo illa sunt, ex quibus nata sunt. Naturalis quoque acquisitio est alluvionis: alluvio autem est abundatio, vel aggeratio; quod enim per alluvionem nostro fundo fluvius adiicit, meum fit jure naturali. Est autem alluvio (ut definiamus) incrementum latens: per alluvionem autem id videtur addi, quod ita paulatim additur, ut non possit intelligi, quantum quoque tempore nobis addatur. Fac enim duos esse agros, tuum, item & meum, medium autem fluvium intercurrere. Si fluvius paulatim, & insensibiliter addiderit aliquid meæ terræ, id meum fit per alluvionem; si vero fluvii vis & impetus partem aliquam tui agri abstulerit, & meo adjecerit: clarum est additam partem tuam remanere; neque enim insensibiliter fieri contigit. Quod si pars ex agro tuo ablata arborifera fuerit, & ad meum agrum adlata per multum tempus ipsi adhaesit, & illatae arbores radices egerint ita alte, ut meum fundum attigerint: ex eo tempore videntur mihi acquisitæ, ex quo nutriti cœperunt a mea terra, ut quæ radices in ea habeant.

In iula si quam nasci contingat in mari (quod raro fieri solet) præoccupantis fit. Quæ enim antea nullius erat, incipit nunc esse alicujus. In flumine vero nascens (quod frequenter accedit) si quidem medianam partem fluminis teneat, erit communis eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident: pro modo latitudinis cuiusque fundi hinc inde siti, quæ latitudo prope ripam sit. Ut porrigitur hæc insula, verbi gratia, in pedes centum. Habens autem fundum ad dexteram insulæ partem prope ripam ipsum habet latum centum ipso pedes; alter autem septuaginta. Qui quidem in dextera parte est, possidebit pro latitudine centum pedum; qui autem in sinistra, pro latitudine LXX. Quod si alteri quidem ripæ proxima est, ab altera autem distat: eorum erit tantum, qui ab illa parte prope ripam prædia possident. Quod si fluvius meum agrum præterfluens per partes divisus, scilicet bifiariam meum circumvenit agrum, videlicet circundedit: deinde ad extremum in se ipsum rediens unus iterum factus sit: ita ut medius

§. Item ea,  
qua ex hosti-  
bus.

§. Item  
Lapilli.

§. Item ea,  
qua ex ani-  
malibus.

§. Præter-  
ea.

§. Insula.

lo-

**§. Quod si natura.** locus insulae formam detineat, a fluvio ipso, diviso in duas partes, & meum fundum circumfluente, videlicet circundatus: ager, ita circunclusus meus remanet, ideo quia & antea erat in meis bonis. Quod si naturali alveo, lecto videlicet in universum derelicto, per aliam partem fluere coeperit; prior quidem alveus eorum erit, qui prope ripam ejus prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiusque agri, quæ latitudo prope ripam sit; novus autem alveus ejus juris esse incipit, cuius erat fluvius, id est publici. Quod si post aliquod tempus ad priorem reversus fuerit alveum, rursum derelictus nunc ab ipso alveus eorum esse incipit, qui prope ripas prædia possident. Alia quædam causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit: hic enim non dicimus totum agrum fieri publicum, neque ipsius dominum communari, permanet enim nihilominus meus. Et ob id si recesserit ex illis locis, quos facta inundatione texerat, meum agrum recipiam, nullum jus habentibus in eo proximis possessoribus. Sicuti novus alveus, cum publicus factus fuerit, fluvio recedente, proximorum sit possessorum. Ex aliena materia speciem fecit aliquis. Queritur quis eorum naturali ratione dominus sit speciei: utrum qui mutavit materiam in speciem; an qui materia erat dominus, erit & speciei? Ut, ex alienis medicamentis emplastrum collyriumve composuit, vel ex alienis uvis, vel olivis, vel spicis vinum aut oleum, aut frumentum fecit aliquis; aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod paravit, aut ex alieno vino & melle confecit mulsum, aut ex aliena lana vestimentum, aut ex alienis tabulis navem. Multæ super his ambiguities fuerunt Sabinianorum & Proculianorum. Et Proculiani quidem dicebant, qui speciem fecerat, dominum esse debere. Sabiniani autem eum speciei dominum esse volebant, qui fuerat & materia; Sed tertia extitit sententia media quædam, quæ partim quidem Sabinianis, partim autem Proculianis suffragatur, quam & clementissimus noster Imperator elegit. Ea sic inquit: Si facta species resolvi potest, & ad rudem materiam reduci, unde facta est: materia dominus erit dominus etiam speciei. Si autem species reduci ad pristinam materiam non potest: qui fecit speciem, dominus erit. Ut pro casu. E massa aris, vel argenti, vel auri vas conflatum si fundatur, potest pristinam aris, vel argenti, vel auri formam recipere; vinum autem, vel oleum, vel frumentum in uvas, vel olivas, vel spicas reverti non potest. Sed neque mulsum in vinum & mel resolvi potest. Hæc quidem quando tota materia aliena fuit.

**§. Quod si partim.** Quod si partim ex mea, partim ex tua materia speciem aliquam fecerim: veluti ex meo vi- no, & tuo melle mulsum, vel ex meis & tuis medicamentis emplastrum, vel ex mea & tua lana vestimentum: dubitandum non est hoc casu eum esse dominum, qui fecerit, cum non solum operam suam impenderit circa speciem, sed & partem præstiterit materiei.

**§. Si talis.** Si tamen alienam purpuram vestimento suo quis intexuit, licet apposita purpura preciosior sit vestimento, cui accessit: tamen in accessionis partem accipietur, & purpuræ dominus in eum, qui surripuit, & hæc fecit, habebit furti actionem, & conditionem: sive ipse fur sit, qui vestimentum fecit, sive alius quidem surripuit, aliis autem surreptam conjunxit vestimento: actionem enim in rem habere non potest purpuræ dominus: videtur enim purpura quodammodo extingui, ideo quod non sit eadem per se, sed alteri vestimento conjuncta sit. Movebitur autem omnino furti conductio. Extinctæ enim res sive deletæ, et si per actionem in rem vindicari non possunt: in fures tamen furti conditionem & in omnes possessores, et si non sunt fures, movere poterimus. At siquidem fur est, qui possessor factus est, purpuræ vestimentum habens: & furti actio, & conditio intentabitur. Sin alias autem a fure, sola conditio tenetur, non item actione furti.

**§. Si due rum.** Duæ quædam materiae ex voluntate dominorum confusa sunt; totum illud corpus ex confusione factum utriusque erit commune: ut duo quidam sua vina confuderunt, aut massas argenti vel auri conflaverunt. Sed & si diversæ materiae sunt, & ex earum commixtione propria species facta sit: velut ex vino & melle mulsum, aut ex auro & argento electrum: etiam hic dicimus idem juris esse, & factam inde speciem communem duorum esse. Et hæc quidem, quando id de voluntate dominorum factum est. Quod si fortuito & non voluntate dominorum confunderentur materiae, vel diversi generis, vel ejusdem: idem jus erit.

**§. Quod si.** Quod si Titii frumentum frumento tuo mixtum fuerit, & unus factus sit acervus, si quidem vestra voluntate: communis erit acervus, quoniam unumquodque corpus, hoc est singula grana de vestro consensu sub commune dominium devenerunt. Quod si casu facta est mixtio, vel Titius non de sua voluntate frumentum miscuit: acervus non erit communis, quia singula grana in sua manent substantia, nec ea per mixtionem sunt commutata. Ergo non magis erit acervus communis in hujusmodi casu, quam gressus ovium communicabitur, si oves Titii tuis ovibus commixtae fuerint. Sed si contigerit frumenti acervum vel a te, vel a Titio retineri: alius in eum, qui possideat, actionem in rem habebit. Officium autem erit judicis, ut estimet quale cujusque erat frumentum; & pro qualitate mensuraque actori possellorem condemnare.

**§. Cum in suo.** Si quis in suo solo domum ædificari ex aliena materia, ipse dominus intelligitur ædificii, ædificatum enim solo cedit: cum illud sit clarum materiae dominum nunquam excidere dominio ipsius materiae. Sed tantisper neque vindicare eam, neque actionem ad exhibendum habere potest propter legem XII. tabularum, qua cavetur, ut ne quis alienum tignum suis ædibus injunctum eximere cogatur, sed ut duplex ipsius exsolvat premium per actionem per-

sonalem, quæ dicitur de tigno injuncto. Locus autem huic actioni est, non solum quando tignum mei dominii subjicerit quis suæ domui; sed & si lapidem, vel pestulum, vel columnam. Tigni enim appellatione omnis materia significatur, ex qua potest ædificari. Ideo autem hæ leges latæ sunt XII. tabulis, ut non vindicetur neque agatur ad exhibendum sub prætextu tigni injuncti meæ domui: ut ne judge conde mnante me in eadem re, cogar domum destruere, occasione satisfaciendi tentatiæ, & multa hinc providentia dignatae sunt XII. tabulae domos. Quod si contigerit ex aliqua causa ædificium dirui: materiae dominus si nondum per actionem de tigno injuncto duplum retulit, potest sine impedimento vindicare, & ad exhibendum agere.

*§. Ex di-  
verso.*

*§. Certe  
illud.*

*§. Si Ti-  
tius.*

*§. Qua ra-  
tione.*

tione & sata, veluti frumentum, hordeum, & quæcumque talia solo cedunt. Sed sicuti qui bona fide ædificavit in alieno loco, provocatus actione in rem per doli exceptionem se defendit: similiter & qui consevit suis sumptibus alienum agrum, si bona fide hoc fecit, per doli exceptionem tutus erit.

Meas quis capiens chartas vel membranas inscripsit quipiam in ipsis, & librum fecit: hic ad soli exemplum cedunt imposita suppositis, etiam si aureæ sint literæ superscriptæ; & ego filio libri dominus. Nec interest, sive carmen, sive historiam, sive orationem scripsit. Unde futurum est, ut experiens ego actione in rem adversus eum, qui librum fecit, & scripturæ impenas non solvens sine mora repellar per doli exceptionem: ideo quod bona fide possessor fuit, qui hæc scripsit.

Cepit quis alienam tabulam, & pingens fecit imaginem: quæsum est cujus sit imago. Et nonnulli quidem dicunt pictorem esse dominum tabulae, & picturæ tabulam cedere; alii autem tabulae dominum etiam picturæ dominum esse inquiet, qualiscunque sit pictura. Noster autem Imperator priorem magis sententiam probavit, & pictorem tabulae dominum fieri jubet. Ridiculum enim esse existimavit Apellis picturam, vel Parthasii, qui optimi fuerunt pictores, vilissimæ tabulae cedere. Unde si tabulae dominus imaginem possideat, pictor autem accelerit vindicaturus, nec solvat tabulae precium, poterit per exceptionem doli submoveri. At si is, qui pinxit eam, possideat: tunc dominus tabulae directam quidem actionem in rem habere non potest: excidit enim dominio, pictura imposta; datur autem ipsi utilis in rem actio: ut agens dicat se experiri, quasi esset dominus. Sed utili in rem actione utens, nisi præbuerit factas impensas circa picturam illi, qui pinxit bona fide, repelletur per doli exceptionem. Et hæc quidem tractata sunt circa dominium imaginis. Nam illud palam est, sive is, qui pinxit, tabulam surripuit, sive alius quispiam, competere domino furti actionem in furem.

Mercatus sum a te agrum, vel dono cepi; bona fide tamen, cum crederem te esse dominum; vel alia justa ex causa, veluti ex permutatione. Naturalis ratio vult me dominum esse perceptorum fructuum propter diligentiam & curam, quam in ipsis adhibui. Et ideo si postea dominus supervenerit, & agrum vindicet: nullam actionem habebit in me de fructibus, quos inde perceptos consumpsi. Si vero sciens alienum agrum possedi, ipso non consequar. Itaque agrum cogor restituere cum perceptis inde fructibus, licet a me consumptis.

Eiusdem fundi cum ego proprietatem habeam, tu usufructum: tu usufructarius non aliter fies fructuum dominus, quain si ipse eos percepis ex terra. Ideo si maturis fructibus, neodium e terra sublatis decelleris, non percipiet hoc tuus heres, sed proprietario acquirentur. Eadem fere dicuntur & de colono, hoc est con-  
du-

*§. Literæ.*

*§. Si quis  
in aliena.*

*§. Si quis  
a n o d o m i-  
n o.*

*§. In verba.*

Si Titius alienam arborem in suo plantavit agro, Titii erit arbor. Sed si Titius suam arborem in agro Mævii plantavit, erit arbor Mævii, dummodo in utroque casu plantata arbor radices egerit. Prius vero quam suas agat radices, & subiacentem comprehendenter terram, prioris domini est arbor: postquam enim radices egit planta, transfertur ipsius dominium ad dominum soli, in quo sita est. Itaque hinc quæsum est quiddam tale. Vicinus meus in finibus sui agri prope meos agellos arborem habebat: contigit talis arboris radices serpentem paullatim sub terra pervenisse ad meum agrum, & meam terram comprehendisse, & illinc nutriri: quæstione facta, placuit meam esse arborum. Neque enim naturalis ratio permittit alterius arborei esse quam illius, cuius in terra radices habet. Unde si in terminis duorum agrorum arbor nascitur, cuius radices extensæ utrumque agrum comprehendenterint: communis fiet illa arbor. Qua enim ratione plantæ, quæ in terra nutriuntur & augentur illius sunt, qui dominus est subiacentis terræ: eadem ra-

*§. In p-*  
*erudum.*

ductore. Si enim fundum tibi locavero, non prius efficeris dominus fructum, qui inde percipiuntur quam hos e terra exemeris. Vox ferre redundat. Quoniam autem de fundi usufructu differui, sciendum est in pecudum usufructu esse ipsarum foetum, ut lac, pilos, lanam. Itaque agni, & hædi, & vituli, & equulei simul ac nascuntur, naturali jure in dominio sunt usufructuarii. Partus vero ancillæ non sunt in fructu. Unde si præbueris tibi meæ ancillæ usufructum, habebis tu quidem in fructu ministerium ipsius, & manuum operas: quod autem nascitur, ad proprietatis dominum pertinet: Absurdum enim existimatum est hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura gratia hominum comparaverit. Sed si gregis usumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex foetu usufructuarius summittere, & complere numerum debet, quod & Juliano videtur: Ut, præbui tibi usumfructum gregis ovium centum; demortuæ sunt XXX. oves; pepererunt autem quinquaginta: oportet te triginta commiscere primis, ut servetur datus tibi numerus: sic reliquæ XX. oves erunt in tua proprietate. Si vero vineæ aut fundi usumfructum tibi dedi, in locum demortuarum, vel quæ senuerunt, vitium, & in locum lapsarum arborum alias debes substituere: recte enim oportet te, & bono modo agrum colere, cuius datus est tibi ususfructus, & sic in eo versari, ut versaretur optimus paterfamilias.

*§. Sed si*  
*gregis.*

Invenit quis Thesaurum in suo agro. Divus Hadrianus naturalem securus æquitatem ei concessit, qui invenit; idemque statuit, si quis in sacro vel religioso loco fortuito casu invenerit. At si quis in alieno agro non data opera, sed fortuito casu invenerit: dimidium domino solli concessit Hadrianus. Consequenter igitur si quis in loco Cæsarialis invenit thesaurum, dimidium quidem thesauri dabit Cæsari; dimidium inventor retinebit. Si quis etiam in civitatis loco, vel fisci invenerit: consimiliter dimidium quidem inventor lucratur, alterum dimidium fiscus, vel civitas accipiet.

*§. Per tra-*  
*dictionem.*

Naturalis modus acquisitionis est & per traditionem. Est autem traditio, de manu in manum translatio; liberum & simplicem & naturalem actum habens. Nihil enim tam conveniens est naturæ, quam ratam haberi domini voluntatem rem suam transferentis in alium. Ut autem per traditionem dominium transferam, hæc concurrere oportet: Ut ego tradens sim dominus, & ex animo velim transferre dominium; faciam traditionem, & corporate sit quod traditur. Corporale ideo dixi, quoniam incorporea tactum non admittentia non recipiunt traditionem. Dominum esse debere, qui tradit, ideo dixi: quia qui non est dominus, quod non habet dominium, non potest transferre: Animo ut velim facere dominum eum, qui recipit, idcirco appositum est: ut exciperem usum, & depositum. In his enim licet corporalis sit res, & dominus sit, qui tradit, attamen tradit, paulo post sperans hæc recuperare Nec interest,

qualiscunque sit res, quæ traditur a domino sive ager Italicus, sive stipendiaria prædia, sive tributaria: Stipendiaria autem & tributaria prædia dicuntur, quæ in provinciis imperatoria jussione a populo possidentur. Appellationis autem causa inde emanavit. Romanorum olim princeps potitus imperio totius orbis, cum habitus esset in admiratione a Romanis ob suam potentiam, divisit provincias: & aliquas quidem retinuit ipse sibi; aliquas autem distribuit populo. Et a populo vocatae sunt stipendiariæ inde, quod stipes erant collatio, & paulatim facta argenti & aliarum rerum collectio. Quoniam igitur pauca quædam Provinciales ex his, quæ nascebantur apud ipsos, collectione facta, mittebant populo, quæ impenderet in suos usus & oblationes; ideo vocatae sunt stipendiariæ; convenienter igitur & domus, & agri stipendiarii. Principis autem provinciarum nominatae sunt: quoniam tributum est grave vectigal, quod imposuit suis provincialibus Imperator, ut qui multa impenderet ad milites alendos. Habentes olim stipendiaria & tributaria prædia concessu populi, vel principis non erant domini (dominium enim eorum erat vel apud populum vel apud principem) sed habebant in ipsis usumfructum, & plenissimam possessionem, ut possent transferre & hæredibus transmittere. Italicorum enim agrorum sive domorum domini dominium habebant. Sed hæc quidem ex veteri consuetudine. Hodie autem constitutio nostri imperatoris nullam vult esse differentiam Italicorum, & stipendiariorum, & tributariorum. Sed si quidem dominus tradit mihi rem suam ex causa donationis, aut dotis, aut ex alia qualibet causa, ut ex permutationibus, sine dubio transfert in me dominium.

Si vero venditor tradat, non aliter ad emptorem dominium transfert: quam si emptor venditori pretium rei venditæ solvat, vel sati ipsi faciat pro pretio. Quid enim si dedit Titum quendam qui pro ipso promisit pretium, vel etiam pignus dedit pro pretio? Hoc autem & XII. tabularum lege cautum est, & tamen invenimus hoc esse juris gentium, quoniam inest ipsi naturalis justitia; ideoque apud omnes gentes valet. Ergo semper quidem in aliis causis dominus tradens transfert dominium; in venditione autem non aliter, quam si acceperit pretium, vel cautum sit ipsi de pretio. Sed si venditor neque accepit pretium, neque aliquem pro emptore fidejubentem, neque pignus; sed acquivet emptoris fidei, confidens se pretium recepturum: dicimus hic statim dominium transire ad emptorem. Traditione autem facta, nulla erit differentia, utrum ipse dominus tradat, an alius de ipsis voluntate. Qua ratione si cui facultatem præbueris administrandi, ut vult meam substantiam; hic autem ex his rebus quicquam vendiderit & tradiderit: transfert dominium in accipientem: videtur enim voluntate domini id facere.

Inveniuntur autem quidam casus, in quibus & fine traditione, nuda tantum voluntas sufficit

*§. Inter-*  
*dum.*

cit ad dominium transferendum: veluti librum meum tibi commodavi, vel locavi tibi meum fundum, vel deposui apud te meam mensulam. Si postea tibi hæc vendidero, aut donavero: statim cum donatione aut cum venditione proprietas tibi horum acquiritur, & hæc traditione non facta: quoniam enim præcedebat naturalis possessio apud te earundem rerum, ob hoc solum, quod volo rem meam fieri tuam, statim acquiritur tibi dominium; sicut si donationis gratia aut venditionis specialis traditio facta esset. Reposui in horreo varias merces: dixisti mihi ut has tibi venderem: facta conventione dedisti pretium. Si adstans horreo claves horrei tibi tradidero, statim dominus mercium efficeris.

*§. Item si quis.*

*§. Hoc amplus.*

Sæpe volens dominium transfero in aliquem mihi incognitum, de quo interrogatus & ante, & post traditionem haudquaquam possum dicere quæ nam sit persona. Quod accidit prætoribus vel consulibus, qui solent vel in processu, vel in spectaculis jactare quædam in vulgo; & dominus statim efficitur, qui cepit: tamen qui hæc mittit, ignorat quid eorum quisque sit accepturus. Inde manifestum fit, rem, quam contempsero, & a mea rejecero possessione, occupantis statim fieri, quod veteres dicunt pro derelicto. Pro derelicto autem est, quod dominus abiicit ea mente, ut nolit ipsum esse in suis bonis, itaque statim desinit hujus esse dominus.

*§. Alio.*

Alia sane causa est earum rerum, quæ ob maris tempestatem volentes qui navigant levare navim, imposito onere ejecerunt: ejecta enim eiicientium manent in dominio. Quippe certum est horum ejectionem factam esse, non quia nolint hæc sui dominii esse; sed magis quia cupiant una cum illis navim quoque periculum maris evadere. Unde si quis has res a fluctibus ejeceras, vel per aquam vectas capiat animo lucrandi, vel intervertendi furtum, committit. Similia autem sunt his & illa; veluti: Volebam ire in aliquem locum, habebas tu rhedam, in qua postea viam perficere: rogavi te ut liceret mihi ascendere ipsam, & meas res reponere, quo maturius pervenirem ad locum, quem quærebam: hoc mihi promisisti pœta mercede, vel etiam sine mercede, reposui res meas in rheda. In via contigit res quasdam cadere de rheda, me non intelligente; non sunt invenientium, sed reservantur meo dominio. Datur enim mihi in ipsis actio in rem, ad exhibendum; furti & furtiva condicione: hoc est vindicationi similis actio, vel evictio adversus in fures.

### T I T. II.

#### *De Rebus corporalibus, & incorporalibus.*

**D**iximus in precedentibus de rerum divisione, quasdam quidem esse naturales sive juris gentium, quasdam publicas, quasdam universitatis, quasdam nullius, plerasque autem singulorum. Et diximus multis modis res fieri

nostri dominii, & naturales modos hos diximus, occupationem, prædam, inventos in littore lapillos five gemmas, nata ex nostris animalibus, alluvionem, & insulam, quæ vel in mari nascitur, quod raro fit, vel in fluvio, quod frequenter: item & proximum esse alveo quem fluvius dereliquit; & ex aliena materia speciem facere, ita ut facta non possit in pristinam reverti materiam; & ex sua & aliena materia aliquid efficere; & alienam purpuram suo contextere vestimento, & easdem materias vel diversas commisceri duorum dominorum voluntate, vel & fortuito: aut plurium dominorum acervos frumenti de ipsorum voluntate in unum confundi; non similiter autem si de unius voluntate, neque si casu hoc evenerit; & dicentem regulam, cedere imposta subjectis, ut in multis casibus est inspectum: ut, quando ex aliena materia ædificatum est in meo iolo, vel ex mea materia in alieno ipse ædificavi, vel alienam arborem in suo quis plantavit fundo, vel suam arborem in aliena terra ita ut radices egerit; quod obtinuit, & in frumento sato, & in literis meæ chartæ, vel meæ membranæ impositis. Contrarium autem in imagine, illic enim aliena tabula cedit picturæ. In naturalibus autem acquisitionibus est, & bona fide capere fundum ab eo, qui non est dominus: hæc enim bona fidei possessio sufficit ad faciendum dominum consumptorum fructuum. Et thesauri inventio, vel totum, vel partem acquirit inventor. Et naturalis acquisitionis est per traditionem uti constitutum est. Sed hæc omnia dicta sint de corporalibus. Quoniam autem rerum quidem aliquæ sunt corporales, aliquæ autem incorporeæ; Corporalis quidem est, quæ & nomine intelligitur, & tangi potest, & videri, ut fundus, domus, vestis, servus. Incorporealis autem est, quæ in jure consistit, ut hereditas. Et quid est hereditas? jus quoddam certis modis constitutum, quod facit me alienæ substantiæ universalem fieri dominum. Item & ususfructus; ususfructus autem est jus quoddam certis modis constitutum, quod facit me in alieno dominio habere usum & fructum. Item & obligationes quoquo modo contractæ: multi enim sunt modi contrahendæ obligationis, ut procedentes docebimur. Et quid est obligatio? vinculum juris, quo quis quodque facere cogitur, quod debet. Nec dicendum est in hereditate res corporales reperiri, quia hereditas & servos continet, & fundos, & ædes, & libros; nam & ususfructus continet in se fructus ex agro perceptos, qui corporales sunt. Et quod nobis debetur ex obligatione, plerunque corporale est: ut ager, servus, pecunia: Dixi plerunque, quoniam sæpe (quod in sequentibus monstrabitur) etiam incorporeale aliiquid ex obligatione petimus. Non dicendum igitur est hereditatem, & usumfructum, & obligationem res corporales esse, quia quæ continentur in ipsis, (ut dictum est) corporalia sint. Videre enim oportet jus ipsum quod facultatem mihi præbet in universum aliena capiendi bona, vel alieno fundo utendi, fruendi, vel

**V**el exigendi debita esse incorporale, licet corporalia in ipsis contineantur. Sunt inter corporales & quæ vocantur servitutes tam domus quam fundi. Et quid est servitus domus? jus quodam certis modis constitutum mente intellectum, quod facit vicinum urbanum tolerare vicini onera. Servitus autem agri est jus quoddam certis modis constitutum mente intellectum quod facit vicinum in agro tolerare onera vicini. Item usus. Et quid est usus? jus quoddam certis modis constitutum mente intellectum, quod facit me in alieno dominio habere usum folium. Item habitatio. Et quid est habitatio? jus quoddam certis modis constitutum mente intellectum, quod facultatem mihi præbet habitandi in alienis ædibus, separatum ab usu & usufructu.

### T I T. III.

#### *De Servitutibus.*

**D**iximus primo loco de servitute rustici prædii, & simul & definitionem cognovisti: necesse est nunc dicere species servitutis. Rustici prædii servitus est iter, actus, via, aqueductus. Et quid est iter? Habebam verbi gratia ego rusticum prædium, habebas & tu propinquum alterum: Volens ego in meum ire, indigebam multo circuitu: rogavi te ut præberes mihi iter, hoc est, ut liceret mihi ire per tuum prædium, brevis enim erat hæc via ferens in meum agrum: præbuisti mihi iter, ut transirem non cum jumento, neque cum vehiculo. Actus ab agendo jumento dicitur: quando rogarbo te v. gr. ut liceat mihi per tuum prædium ire cum jumento vel vehiculo. Ergo habens iter non habet actum: nam cum jumento vel curru transire non potest. Habens autem actum habet & iter: potest enim & folus transire & cum jumento. Via est jus eundi & agendi jumenta. Ergo via hæc habet, quæ & actus. Differentiae autem sunt in aliis, quas in Digestis docebimur. Aqueductus est jus docendi aquam per fundum alienum: ut habebas fundum aqua abundantem, habebam autem ego prope fundum aqua indigentem: petii a te ut liceret mihi ex fonte apud te scaturiente aquam ducere in meum fundum, concessisti hoc mihi; hæc servitus dicitur aqueductus.

**§. Prædi-  
tum.**

Dicamus nunc urbani prædii servitutes. Servitutes urbani prædii sunt, quæ ædificiis inhærent. Ideo urbani prædii dicuntur, quoniam omnia ædificia urbana prædia appellantur, etsi in villa ædificata sunt. Et quæ nam sunt servitutes urbanorum prædiorum? ut onera vicini sustineam; Et quæ sunt hæc? Habebam ego domum; habebas & tu prope me domum. Quæsivi a te ut liceat mihi meas trabes in parietem tuum immittere, vel ut mihi liceat stillicidia sive fluxus a meis tegulis emittere in ædes tuas, vel in tuam aream. Vel tu habebas tale jus in meas ædes, & quæsivi a te, ut non emitteres in domos meas, vel in meas a-

*Tom. II.*

reas stillicidia vel fluxus a tuis tegulis. Vel quæsivi a te tale jus mihi dari, ut non liceret tibi tollere domum tuam, & inde meæ domus lumini officere.

In servitutibus rusticorum prædiorum (oporet enim ad illas reverti) dicunt quidam computari recte aquæ haustum, ut liceat mihi venire in tuum agrum, & ex eo fonte, qui est apud te, aquam haurire. Item ut potum ducere liceat in agrum tuum meas oves; vel illic pacere ipsas, quia forte herbosus sit; vel ut calcem coquam; vel arenam fodiam. Ideo autem hæ servitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt. Nemo enim servitutem potest acquirere urbani, vel rusticæ prædii, nisi qui habet prædium; neque rursus debere quisquam potest aliquam earum servitutem, nisi qui prædium habet.

**§. Inter.**

**§. Ideo au-  
tem.**

Si quis velit vicino aliquod jus constituere servitutis, pactionibus atque stipulationibus id efficere potest: pactione enim facta, de concessa servitute stipulatur ex concessione is, qui eam accepturus est; spondes manere concessæ servituti? Quod si non manseris, spondes dare mihi pro pena C. solidos? Potest etiam in testamento quis heredem suum damnare dicens; damno te heres, ne tollas ædes, ut non officias vicinæ domus lumini: vel damno te heres, ut patiaris vicinum volentem tignum immittere in tuum parietem, vel emittere stillicidia in tuas ædes; vel ut patiaris vicinum habere iter vel actum per tuum fundum, vel aquam ducere ex eo in suum fundum. Ergo constituitur servitus pactis, & stipulationibus, & in testamentis.

### T I T. IV.

#### *De Usufructu.*

**P**ercurramus nunc post prædiorum servitutem ea, quæ dicenda sunt de usufructu; Quid autem sit usufructus, definitum est in superioribus. Sed non absurdum fuerit & alteram afferre diffinitionem. Ususfructus est jus quoddam, quod facit me alienarum rerum habere usum & fructum, salva rerum substantia: Quoniam vero incorporalis est usufructus, dicitur autem de corporali: necesse est sublatu corpori tolli & ipsum: ut dedi tibi usumfructum mei servi, & tu quidem usufructarius es, ego autem proprietarius. Quandiu vivit servus, usufructus consistit, eo autem defuncto usufructus extinguitur. Ususfructus igitur a proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accedit, ut exempli gratia: legavi tibi mei agri usumfructum: heres quidem habet hujus agri proprietatem; legatarius autem usumfructum. Vel contra, legavi tibi fundum deducto usufructu: hic legatarius quidem habet proprietatem, heres autem usumfructum. Vel rursus: alii quidem legavi usumfructum, tibi autem proprietatem. Et hæc quidem in testamento. Sine testamento vero si quis velit alii usumfructum

**§. Usufruc-  
tus.**

Q q q

Etum

**E**tum constituere, passionibus, & stipulationibus id efficere debet. Ne autem in universum inutiles essent proprietates abcedente semper usufructu, placuit certis modis extingui usumfructum, & ad proprietatem reverti.

**§. Constitutur.**

Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo & ædibus, verum etiam in servis & jumentis, & cæteris rebus, exceptis his, quæ ipso usu consumuntur. In his enim neque naturali ratione, neque civili ususfructus potest constitui. Et quæ nam hæ sunt res? ut vinum, oleum, frumentum, vestis. Quibus proxima est pecunia numerata: nanque in ipso usu & assidua permutatione ex eo quod ab altero transit ad alterum, quodammodo extinguitur: Quoniam igitur in ipsis ususfructus procedere non dicitur, S. C. factum est, ut & in ipsis utilitatis gratia constituatur ususfructus. Si quis enim moriens instituat heredem, & leget tibi mille solidos, vel mille sextarios vini, vel olei, vel XX. modiorum frumenti usumfructum: capiens tu legatarius solidos, vel vinum, vel oleum, efficeris horum dominus præter ususfructus naturam, usus enim fructus in alieno dominio est. Sed quoniam non consistit in his de jure ususfructus, merito & regulæ ususfructus in ipsis exceduntur: ususfructus enim (ut dictum est) in alieno dominio est: satisdabis autem mihi te redditum talia, qualia accipis, si contigerit te mori, vel capitatis diminutionem sustinere: Non solum autem in dictis, sed & in reliquis rebus, ut vestimentis, vel cera, vel ubi (ut simpliciter dicam) usus rem, de qua agitur, consumit. Fiunt autem hæc juris legatarii, si æstimatio ipsarum ineatur non quidem pecuniarum; (pecuniae enim non æstimantur, cum ipsæ sint aliarum rerum æstimatio) cavente legatario, se redditum se harum rerum æstimationem, si deceperit, aut capite fuerit diminutus. Ergo senatus hac lege lata non constituit quidem in ipsis usumfructum, neque enim poterat; per cautionem autem quasi usumfructum constituit.

**§. Finitur.**

Finitur autem ususfructus morte usufructuarii, & duobus capitatis diminutionibus, maxima, & media, & non utendo certo modo, & definito tempore: quæ omnia nostri Imperatoris constitutione continentur. Item finitur ususfructus, si usufructuarius proprietatis domino cedat: nam si cedat extraneo, nihil agit, sed ineficax est celsio. Vel e contrario, si usufructuarius proprietatem rei acquisierit, similiter desinit. Dicitur autem id consolidatio, quando concurrit in idem ususfructus cum proprietate. Si autem ædium quis habeat usumfructum, eæque incendio consumptæ fuerint aut terræmotu, vel vetustate corruerint; existinguitur ususfructus sic, ut ne quidem area ususfructus usufructuario debeatur: quoniam ususfructus non soli, sed ædium ipsi traditus fuerat. Cum autem extinguitus totus fuerit ususfructus aliquo dictorum modorum: revertitur ad proprietatem: & ex eo tempore rei dominus plenissimam in re habet potestatem: hoc est, potest etiam fructus percipere, cum antea quod fructus percipere

non posset, non videretur plenam in re habere potestatem.

### T I T. V.

#### De usu & habitatione.

**P**ost servitutes & usumfructum consequens est dicere de usu & habitatione. Usum eiusdem constituitur modis, & eisdem extinguitur, quibus & ususfructus. Minus autem lucri fit ex usu, quam ex usufructu. Nam is, qui fundi habet usum, nihil ulterius habere potest, quam ut illic natis oleribus, pomis, floribus, feno, stramentis, lignis, ad cotidianum usum sufficientibus utatur. Eatenus autem licet usuario morari in eo fundo, ut non videatur molestus domino fundi, neque fundum colentibus esse impedimento: nec ulli alii jus, quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis dare potest: cum is, qui usumfructum haberet, omnia hæc possit facere.

Item is, qui ædium usum habet, haec tenus jus habere intelligitur, ut ipse tantum inhabitet, nec tamen transferat in alium habitationem. Quæsitum autem est, an hospitem licet ipsi recipere; & placuit licere. Permissum est etiam ei uxorem habere in habitatione, & liberos suos, & libertos, nec non alias personas liberas, quibus non minus quam servis utitur, ut conductis. Si autem ad mulierem usus ædium pertineat; sine dubio licet ipsi cum marito illic habitare.

Si servi usus ad me pertinet, ego tantum operis ejus atque ministerio uti possum. Idem juris est, si jumenti usus ad me pertinet. Si autem pecudum, ut ovium usus mihi legatus est, neque lacte, neque agnis, neque lana ex ipsis uti permittor; quia ea in fructu sunt, hoc est in usufructu, non in usu. Sed ad hoc tantum confert mihi habere usum ovium, ut possim ducere ipsas in meum agrum ad stercorandum; ovium enim stercus agrum latum & fertile reddit.

Sed si cui habitatio legata, sive aliquo modo constituta sit: neque usus videtur hic esse neque usufructus, sed quasi proprium aliquod jus. Quæsitum autem est, an habens habitationem possit hanc alteri locare. Et multis contradicentibus jurisconsultis, solo Marcello concedente locationem, promulgata est clementissimi nostri Principis decisio permittens propter rerum utilitatem non solum eum in ea degere, si velit, sed etiam aliis locare.

Hæc de servitutibus, & usufructu, & usu & habitatione dixisse sufficiat; de hereditate & obligationibus suis locis exponetur. Quoniam vero diximus summatim quibus modis naturaliter res possidemus: necessarium est nunc dicere, quibus modis legitimo & civili jure aliena acquirere possimus.

TIT.

**§. Item is.**

**§. Item is ad quem.**

**§. Sed si cui.**

**§. Hec de.**

## T I T. VI.

*De usucaptionibus & longi temporis  
præscriptionibus.*

**R**ecensuimus naturales acquisitiones, cognoscamus & legitimas. Certum est, si quis rem suam mihi tradiderit, transferre plenum dominium. Quid si quis alienam rem, cuius non erat dominus, tradidit, anne mihi transfert hic dominium? minime. Quo modo enim cum non haberet. Quid igitur? translulit ad me ipsam, quam habebat, possessionem; neque est hoc parva res. Si enim bona fide rem cepero: (bona fide autem est, si credam me dominum esse ex emptione, vel donatione, alia-  
ve justa causa, ut permutatione), olim quidem si mobilis erat res, anno decurso siebam dominus, sive in Italia degerem, sive in provinciis. Si autem immobilis, biennio elapso, cum fundus domusve esset in Italico solo, usu-  
capi a me poterat, & siebat mei dominii ex lege XII. tab. Et ne quis putet injustam es-  
se legem, ut alias quidem per usucaptionem, hoc est, temporariam possessionem fierit dominus; alias autem suis rebus privaretur: sciat hoc introductum esse, ne res corrumperentur. Quis-  
que enim ignorans utrum esset dominus rei, quam possideret, nihil eam curabat, spe-  
rans quandocunque ad futurum verum domi-  
num, qui hanc auferret. Et hanc ob causam  
negligebant res suas homines, & negligentibus  
eis res manebant incustoditæ, & earum perdi-  
tio ob incuriam corruptioque merito accidebat.  
Cum prospexit igitur lex XII. tab. hujusmo-  
di hominum cogitationem, defnivit tempus  
anni in mobilibus, biennii autem in immobi-  
libus: intra quod nisi accedat dominus, sta-  
bilis res manet apud possessorem, dominis non  
indignantibus. Sufficiebat enim ipsis anni bien-  
niive tempus ad res suas inquirendas. Sed hæc  
quidem lex XII. tab. Princeps autem noster  
meliore, & humaniore usus sententia, jussit ne  
tam facile, tam mature suis rebus domini de-  
raudarentur. Neque certo loco suum conclusit  
beneficium, sed promulgavit super hoc generalem  
constitutionem, qua cautum est, ut res qui-  
dem mobiles per triennium ubique usucapiantur;  
immobiles autem per longi temporis pos-  
sessionem: id est, decennio, si domini ad sunt; vi-  
cennio si absint. Ut fundum tradidisti mihi, vel  
domum ad Titum pertinentem, cum te domi-  
num esse putarem, & ideo bona fide rem acci-  
pienti: Si quidem præfens sit Titius, sufficit  
mihi ad usucaptionem decennium; Si autem ab-  
fens fuerit; vicennium. Et hos quidem modos  
non solum in rebus immobilibus, quæ sunt  
in Italia, sed etiam in his, quæ sunt in pro-  
vinciis, quæ olim stipendiariæ & tributariæ ap-  
pellatae sunt: & paucis, in omni terra, quæ  
sub ejus imperio gubernatur, valere consti-  
tuit, præcedente tamen ubique bonæ fidei pos-  
sessione.

Quoniam vero diximus bonæ fidei possesso-  
rem usucapere posse: licet casus invenire, qui  
non acquirunt nobis usucaptionem. Ut si quis  
possideat liberum hominem, vel sacram rem,  
vel religiosam. Quoniam enim usucapio domi-  
nium acquirit; hæc autem res extra dominium  
sunt, jure usucaptioni non subiiciuntur. Idem  
intelligendum est, si quis alienum possidet fugi-  
tivum, nec enim usucapi potest. Neque item  
res furtivæ, neque vi possessæ, etiam si X. aut  
XX. anni intercesserint, & bona fide possessæ  
fuerint. Furtivas autem accipe in mobilibus; vi  
autem possessas in immobilibus: usucaptionem  
enim impediunt. Furtivarum quidem rerum  
lex XII. tab. & lex Attilia usucaptionem inhi-  
buit; vi autem possessorum Julia & Plautia.  
Cum quis igitur interrogat te, num possidens  
ex venditione possit usucapere: oportet te  
prius querere, utrum bona fide an mala fide  
possidet. Et si quidem intellexeris bona fide  
possidere, fac statim iterum interrogos: nun-  
quid sacra est res, num religiosa, num libera  
persona, num furtiva res, num vi possessa. Et  
siquid horum esse inveneris: responde usucaptionem  
non competere, quia rei vitium inest: est  
enim furtiva aut vi possessa. Ergone fur, &  
violentus possessor potest usucapere? Dices for-  
sitan: minime, quia vitium rei inest, aut furti,  
aut violentæ possessionis. Atqui non ita decet  
respondere, ordinis enim oblitus es; sed oportet  
dicere, non licere usucapere propter præce-  
dentem rationem, hoc est, quia mala fide pos-  
sidet, scit enim esse furtivam aut vi possessam.  
Sed si qui per vim possidet, vel fur alii dede-  
rit bona fide accipienti: tunc (quantum qui-  
dem attinet ad priorem responzionem) quo-  
niam rei possessor bona fide possidet, non im-  
peditur usucapio. Impeditur autem propter  
inhærens vitium rei, quia furtiva est, aut vi  
possessa. Et quid est furtivum? Furtivum est  
non solum quod nocte, vel per diem occulte  
capitur, sed omnis res mobilis aliena invito domi-  
no contrectata; Contrectare autem est cir-  
ca rem agere se ut dominum, & facere in ipsa  
dominis convenientia. Sed si verum est, quod  
dictum est, nunquam aliena res usucapi potest:  
omnis enim qui alienam rem possidet, invitis  
dominis contrectat. Quod si contrectat invito domino,  
furtiva res efficitur: furtivæ autem rei  
usucapio inhibetur. Deficit autem definitio, &  
oportet addi ipsi, malo animo, & dicere: Fur-  
tivum est, non solum quod nocte vel interdiu  
occulte capitur, sed omnis res mobilis aliena,  
quæ invito domino malo animo contrectatur.

Sic habens definitio integra est, sed & sic  
quoque invenio usucaptionem non procedere. Si-  
quis enim possidet alienam rem invito domi-  
no, malo animo eam contrectat, & furtivam  
reddit. Sed hoc est fallum. Fieri enim potest  
ut aliquis contrectet rem alienam invito domi-  
no, & furti non alligetur; quia malum animum  
non habeat, ut hoc cau. Commodavi  
Titio meum librum, vel locavi ipsi meum ser-  
vum, vel deposui apud eum meum discum:

Q q q 2

§. Sed a-  
liquando.

§. Furtivas.

§. Sed ta-  
men.

de-

decessit hic te herede: invenisti tu ea in hereditate, suspicatus esse hereditaria: vendidisti cuidam bona fide accipienti, vel donasti, vel in dotem dediti. Ecce rem alienam & in invito domino correctas, & tamen furtiva res non redditur, quoniam malum animum non habuisti. Ideo non est dubium, quin is, qui accepit, usucapiat: quoniam & bona fide possidet, & res vitio caret. Nec enim dici potest furtum committere heredem, qui bona fide vendidit. Licet idem cognoscere & ex alio casu: Pertinuit ad te ususfructus ancillæ meæ (ususfructus autem ancillæ est manuum operæ & ministerium) peperit hæc apud te. Constat partum mihi domino cedere ob causas supra commemoratas; existimans tamen partum ancillæ cedere tibi ususfructuario, vendidisti hunc vel donasti. Ecce & hic invito domino fecisti, & tamen quia vacas malo animo, non committitur furtum hoc facto. In universum enim sci-re debes furtum sine malo animo nunquam committi, furtum enim sine affectu furandi non committitur. Et ego quidem paucos tibi casus proposui: variis autem intelligi possunt ex rebus, in quibus quis deprehendet alienam rem alienare invito domino, & furtivam ipsam non facere.

*§. Quod autem.*

Hac quidem de furtivis. Vi autem possatum ex facto vim inferentis judicatur. Ut si quis me aggressus vi expellat mea domo, vel meo fundo. Furtivum enim quid sit, ex juris regulis comprehenditur. Ergo si vi te expellam ex re immobili, non possum eam usucapere, quia possideo mala fide. Non tamen qui bona fide a me accepit, usucapiet propter vitium, quod in rem cadit (est enim vi possessa) si vero vacet vis illatæ vitio: qui eam accipit a me bona fide, potest usucapere. Sed quo nam modo fiat, dicendum est. Habebat quidam fundum, quem factus absens reliquit incuratum, vel etiam præsens nulla ejus cura tenebatur; vel is decessit sine successore, & nullus omnino hujus suscepit bona. Cum ego fundum vacare vidisem: possessionem cepi; usucapere eum nulla possum ratione: mala enim fide possideo, quem scio esse alienum. Tamen si alii bona fide accipienti tradidero, competit huic usucatio, & longum tempus (ut dictum est) acquirit ipsi dominum. Nec enim prima responsio impedit usucationem, quia possidet bona fide; neque secunda, quia vitio res vacat. Sed dicet quis rem furtivam effici: propterea quod sciens ego fundum esse alienum, eum alienans, furtivum facio. Sed stulta hæc ratio: furtum enim in immobilibus non committitur. Aboluta est enim & rejecta quorundam jurisprudentium sententia, existimantium furtum committi in immobilibus. Sed neque vi possessa est res: nec enim actus per vim consecutus est. Relinquitur igitur decennio, aut vicennio dominum fieri fundi eum, qui accipit bona fide. Cui proficitur per constitutiones dicentes neminem longa, & indubitate possessione privari.

Diximus res furtivas & vi possellas usucapi non posse. Ex tamen interdum cedunt usucaptioni, ut si reversa res fuerit in domini potestatem: tunc enim vitio rei purgato procedit ejus usucatio. Veluti, furatus es fervum Titii, vel vi acceptum ejus fundum vendidisti mihi; prohibebatur usucatio; interea contigit possessio-nem transferri a me in Titium dominum; statim res desinunt esse furtivæ, aut vi possitæ. Ideo subditæ posthac meæ possessioni sine dubio usucapientur.

*§. Aliquamdo.*

Habe hæc tanquam in prævisione. Si quis condito testamento decesserit: institutus heres ei succedit. Si autem decesserit intestatus: adi-bunt ejus hereditatem liberi, si fuerint: his defi-cientibus, agnati; agnatis vero non extantibus, cognati fiunt bonorum possessores. Quod si hi quoque vel defuerint, vel noluerint cer-nere hereditatem, res fiunt vacantes, & fisco cedunt. Quicunque autem actionem habuerit in defunctum vel in rem, vel personalem, vel hypothecariam, hanc intra quadriennium mo-vebit in fiscum. Quoniam hæc prævisa sunt, quod reliquum est, considera. Diximus in præ-cedentibus res furtivas & vi possellas usucapi non posse. Invenies tamen & aliam rem, quæ non usucapitur: veluti fiscalis res usucapi non potest. Tamen Papinianus scripsit, si quis decesserit sine successore, & bona ejus fiunt va-cantia, si prius quam denunciata sint fisco, al-iqua ex ipsis mihi vendita sint & tradita: bona fide ementi procedere usucacionem. Non-dum enim facta sunt fiscalia, cum fiscus ea non ceperit. Id non solum Pius Imperator, sed & di-vi Severus, & Antoninus rescriplerunt.

*§. Res f. sci.*

Novissime autem sciendum est, rem, quæ usucapienda est, talem esse debere, ut nullum in se habeat vitium, & bona fide ematur, vel dono capiatur, vel ex alia causa accedat. Et sciendum oportere veram possessionis esse cau-sam. Falsæ enim causæ error usucacionem non parit: Ut, possidebam rem existimans me emi-se, cum non emissem; vel dono acceperisse, cum non esset donata: impeditur ( quoniam falsa est possessionis existimatio ) usucatio. Possidebat quis bona fide alienum fundum, & longo tem-pore indigebat, ut fieret dominus, & post octo vel novem annos decessit civili herede instituto, vel prætorio successore. Hujus heres, vel bonorum possessor cum de cætero possederit, rem stabilem habebit, licet scierit fundum esse alienum. Possessionem enim, quæ bona fide incepit est, pessima successoris fides non delet. Quod si e contrario mala fide quis alienum fundum possidebat: hujus heres vel bonorum possessor, licet ignoret fundum esse alienum, non juvabitur; ideo quod mala fide cœperit defunctus possidere. Id autem de longo tempore dictum divi nostri Imperatoris constitutio etiam in usucacione procedere ostendit: ut bona fide incepit a defuncto possesso in re mobili pro-sit successori ad perficiendum usucacionem, & confirmandum ipsis tempus; licet scierit rem alie-

*§. Novif. sim.*

*§. Error.*

*§. Diutina.*

alienam. Et ex adverso cum male cōsiderit possidere defunctus: bona fidei possēssio non proficit heredi.

§. Inter. Si quis autem bona fide emerit rem alienam & aliquandiu possederit, deinde verididerit: possederit autem & is, qui emit ab emptore, conjuncto per utranque emptoris personam tempore possēssionis secundo: emptori rei dominum acquiritur ex rescripto divisorum Severi & Antonini.

§. Edict. Extat, ut in edicto divi Marci, constitutio dicens, eum, qui rem alienam a fisco emit, quinquennio præterito, rei dominum effici, Edictum autem necessarium fuit in his, qui non poterant domini rei emptæ fieri tempore minore quinquennio: veluti, quoniam furtiva forte res erat; & post quinquennale tempus conventus emptor exceptione repellebat agentem. Et hæc quidem divus Marcus. Constitutio autem divi Zenonis prospexit, ut qui emit a fisco, vel dono accepit, vel permutatione, ipse quidem statim habeat securus, & siue conveniat, tive experietur, victor fiat. Dominus autem rei ad quadriennium usque actionem habeat in fiscum. Idque non solum in dominio, sed etiam in hypotheca eadem sanxit constitutio: ut neque dominus actionem in rem neque creditor Servianam in alienatis a fisco salvias habeat actiones post quadriennium. Emanavit autem nostri Imperatoris constitutio, quam nuper promulgavit, qua cavetur, ut eadem observentur & in alienatis vel ab ipso Augustissimo Imperatore, vel a clementissima nostra Augusta, quæ Zenonis constitutio in fiscalibus statuit alienationibus.

### T I T. VII. *De donationibus.*

**E**ST & alius acquirendi modus, qui fit per donationem, & necessarium est ipsam dividere. Meminimus autem hujus tanquam in transitu, etiam in superioribus; sed nunc plenam ejus doctrinam tradimus. Donationum duo sunt genera: unum dicitur mortis causa; alterum inter vivos. Mortis causa donatio est, quæ propter suspicionem fit mortis: ut si quis donet alicui navigaturus periculosam navigationem, vel facturus iter infestatum a feris, vel latronibus, vel hostibus, ut siquid humanum donanti contigerit, stabilem habeat donationem, qui eam accepit. Si autem donatarius decesset ante donatorem, liceret donatori repetere rem donatam. Similiter si poenituisse donatorem, recipere donationem, & quæ ac si donatarius demortuus fuisset. Donationes vero mortis causa similes sunt legatis per omnia. Antea enim cum inter prudentes ambiguitas quædam versaretur, utrum donationis an legati instar haberet: quoniam utriusque habebat insignia, donationis inquam, & legati: hi quidem similem esse donationi; hi autem legato eam

dicebant. Hanc decidit controversiam nostri Imperatoris constitutio, qua sanctum est, ut per omnia fere legatis adæquaretur: fere dixi, quoniam a vivente in viventem confertur. Constituatur igitur, secundum dicta a divina constitutione. In summa autem mortis causa donatio est, quando quis se mavult habere, quam illum cui donavit, & rem magis haberi a donatario, quam a suo herede. Talis donationis auctorem divinus Homerus in Odyssea Telemachum inducit Piræo donantem, his versibus: (a)

*Piræe, non enim scimus quo modo erunt  
hæc opera,  
Si me proci superbi in domibus.  
Latenter occidentes paterna omnia come-  
dent,  
Ipsum habentem te volo frui, quam quen-  
quam horum:  
Si autem ego his cædem, & mortem plan-  
tabo.  
Utique mihi gaudenti feres ad domos gau-  
dens.*

Cognita mortis causa donatione, dicamus de reliquis donationibus, quæ sunt inter vivos. Fiunt autem hæc nulla cogitatione subjacente mortis: quæ haud similes sunt legatis; & quas perfectas temere non possumus revocare. Perficiuntur autem, quando donator suam manifestaverit voluntatem in scriptis, vel sine scriptis. Et sicut venditor rem venditam tradere cogitur, ita nostri Imperatoris constitutio cogit eum, qui donare voluit, omnino tradere rem donatam, præbens perfectionem donationi; etiam si traditio non subsequatur. Nec solum hoc circa donatarios constituit clementissimus noster Imperator, sed & aliud quiddam superinduxit. Nam cum retro principes donationes insinuari actis intervenientibus jussissent, si donatio major esset CC. solidis: ipse respondit usque ad D. solidos etiam sine insinuacione ratam esse donationem. Et quasdam invenit donationes, quæ neque actis insinuari desiderant, si D. solidorum summam non excederent; sed habere plenissimum robur jussit. Et alia insuper multa ad uberiorum exitum & firmitatem donationum invenit, quæ omnia licet colligere ex eisdem constitutionibus.

Sciendum tamen donationes, licet plenissimæ sint, dicto modo factæ, si ingratu fuerit donatarius in benefactorem: ex constitutione nostri Imperatoris certis ex causis revocari posse, ut ne qui, rebus suis liberalitatis gratia in aliam translatis, contumeliam & dampnum patiantur ab illis, quibus donarunt. Modos autem ingrati animi & actiones, per quas donationes revocantur, discere poterit, quisquis legerit eandem constitutionem.

Est & alia species donationis inter vivos prudenteribus quidem veteribus incognita, constitutionibus vero principalibus juniorum prudenterium nuper edita, quæ dicitur ante nuptias do-

§. Aliæ.

§. Scien-  
dum.

§. Est &  
aliud.

(a) Odiss. XVII. circa prince.

donatio. Facit autem hanc sponsus in sponsam, quæ tacitam in se habet conditionem, ut tunc rata sit, cum matrimonium fuerit consecutum. Nominatur autem ante nuptias, quia siebat ante nuptiarum conjunctionem, nunquam autem post nuptias. In universum enim omnis donatio celebratis nuptiis inter virum & mulierem interdicta est. Sed extat divi Justini constitutio permittens, sicut ex antiquis prudentibus licet post celebratas nuptias augere dotem (& si contigisset centum solidos datos esse in dotem, licere & post tempus nuptiarum mulieri addere alias quascunque vellet facultates, & majorem facere dotem, nec quisquam tale factum vocabat donationem) ita & ante nuptias donationem licere viro majorem facere, & una parte augente, concessit & alteri paria facere. Sed quoniam hæc quidem volebat constitutio, nomen vero donationis ante nuptias erat rebus distonum, cum diceretur ante nuptias, quæ siebat post nuptias: clementissimus noster Imperator nolens denominationes esse mancas, & consequentia rebus nomina esse studens, constituit hujus modi donationes non solum augeri constante matrimonio, sed etiam initium accipere (si enim ego, conjunctus sum cum muliere matrimonio, neque feci donationem illi ante nuptias, forsitan propter paupertatem, vel alia de causa; nunc autem constitutere ei aliquam velim: non prohibebo facere) non donationem ante nuptias, sed propter nuptias eam vocari decernens. Exequatur igitur per hæc donatio ante nuptias doti. Et sicut non solum augeri, sed etiam fieri dos post nuptias potest: sic & propter nuptias donationes non solum præcedent nuptias, verum etiam post eas contractas & fient ex parte, & principium capient.

S. Etato-  
lim.

Civiles acquisitiones diximus tum eam, quæ fit per usucationem, & quæ per longi temporis possessionem. Inveniet autem, qui queret, & alium modum civilis acquisitionis, eumque verius: is est accrescendi. Siebat autem hoc modo. Patrimus & Titius communem servum habebant: huic Patrimus sine Titii consensu libertatem dedit vindicta, sive apud magistratum. Jussit civilis lex in hoc casu Patrimonium non solum nihil facere, hoc est, servum non eximere servituti, sed amittere quam in ipso habebat partem dominii, quæ Titio accrescebat: & perfecte solus Titius siebat dominus. Sed cum pessimum hoc esset exemplum, & servum libertate privari, & humanitate uti, volentes dominos in servum damno affici; nolentes autem hujusmodi genus hominum miserrari & a servitute liberare, lucro augeri parte servi ipsis accrescente: invidia plenum hoc iudicans clementissimus noster Imperator, divinam remedii rationem excogitavit, per quam & Patrimus manumissor, & Titius non consentiens, & servus manumissus ejusdem constitutioni gratias haberent. Jussit enim servum liberum esse: quoniam & prisci legislatores multa præter communes regulas libertatis studio

constituerunt; & Patrimum quidem gaudere stabilitate libertatis concessæ; & socium indemnum servari, reddito ipsi precio a manumisso pro parte dominii quod in ipsum habebat: quemadmodum eadem diffinitum est sanctione.

### T I T. VIII.

*Quibus alienare licet, vel non.*

**N**ecessarium exinde admirabiles casus enumerare: Aliquando dominus rem suam alienare non potest; & aliquando qui non est dominus, alienandæ rei non suæ habet potestatem. Dicamus autem primo loco, quando vir non potest alienare. Mulier quædam viro conjuncta matrimonio dedit diversas res in dotem, inter alias fundum; & per traditionem dominum fecit ipsum totius dotis. Vir igitur data omnia sibi in dotem alienans ut dominus, transfert in accipientem dominium; dotalem autem fundum, hoc est in dotem datum Julia lex alienari prohibet, quamquam ejus vir est dominus. Verum lex Julia immobiles quidem res in Italia fitas alienari prohibuit a viro, muliere invita; hypothecis autem has obligare vir non poterat, etiam muliere consentiente. Sed videbatur iniquius alienationem quidem cum mulieris consensu recte fieri, ubi rei erat alienatio; hypothecam autem, ubi dominium servabatur adhuc penes virum, non permitti, eadem consentiente. Sed dicimus legem illud considerasse, delata a viro ad mulierem dotalis fundi alienatione, usu venire, ut eam audiens, conturbetur mulier, neque velit consentire. Si vero dixerit quidpiam vir de hypotheca, fore ut ea facile persuadeatur. Merito igitur jus hypothecæ sua munivit lege; alienationis vero mulieris difficultati reliquit. Julius igitur alienationem præter mulieris voluntatem prohibuit; hypothecam vero etiam ea volente fieri vetuit. Et locum hæc habebant in rebus tantum immobilibus in Italia. Noster autem Imperator utilissima cogitatione duo commutavit: Jussit enim non solum possessionum Italicarum, sed & provincialium interdictam esse viro alienationem, & dotalem rerum hypothecam, licet mulier rebus consentiat: ne muliebris sexus fragilis perniciem rebus ipsis pariat. Dicendum nunc, quando qui non est dominus potest alienare. Hoc procedit ut in hoc casu: Mutuo sumpsi a te centum solidos. Pro his meum fundum tibi oppignoravi, pactus ut liceret tibi finito anno, nisi mutuum reddidisse, pignus vendere. Ecce hic creditur, qui non est dominus, bene alienat. Sed si quis diligenter inquirat, nihil est mirum. Videtur enim dominus, qui est debitor, vendere huic ipsi creditori, cui ex pactione concedit vendere, non facta mutui redditione ex fide. Sed olim creditores quidem formam quandam habebant, secundum quam concedebarunt ipsis vendere hypothecas sive pignora. Constitutio autem nostri Imperatoris promulgata est, quæ

ne-

neque creditores impediri vult circa eorum, quæ debentur repetitionem, neque debitores temere suis rebus cadere. Certum igitur alienationum modum introduxit, per quem pignorum venditio potest procedere. Quæ constitutio pari beneficio complexa est debitorem & creditorem. Quibus autem modis hæc fieri possint, qui eam legerit, poterit invenire.

S. Nunc  
autem admo-  
nendi.

Licet invenire & alios, qui res suas alienare non possunt; Veluti pupillus, vel pupilla non possunt alienare res suas sine tutoris auctoritate; ideo neque mutuo dant. Cur hoc autem, dicendum est; Habe tu hæc tanquam in præcognitione. Definitio mutui est, accipientem fieri dominum, sed nobis obnoxium reddi, non ad hæc eadem, sed ad alia ejusdem substantiæ & quantitatis. Ideo dixi accipientem fieri dominum, ut fugiam usum & depositum: in his enim, qui accipit, non fit dominus. Ideo dixi reddi nobis obnoxium, ut fugiam donationem; in hac enim non est obnoxius, qui accipit. Ideo dixi, non ad hæc eadem, sed ad alia ejusdem substantiæ & quantitatis, ut non excipiam usum mutui; si enim cogeretur mutuator eadem dare, quæ accepisset, superfluum fuisse mutuari. Sumit autem mutuo non omnes res, sed quæ sunt in pondere, numero, mensura. Et in pondere quidem sunt, velut aurum, argentum, plumbum, stannum, cera, æs, pix, & omnia talia. In numero autem sunt, velut tenues nummi. In mensura, velut frumentum, hordeum, & hujusmodi. His præmonstratis, reliqua instantia spectanda sunt. Diximus pupillum non posse sine tutoris auctoritate alienare res suas. Quid igitur quod mutuo dedit præter tutoris voluntatem, ratum ne erit? minime. Nam si in mutuo qui accipit fit dominus, hic non fit: quoniam pupillus sine tute alienare non potest. Ergo nec mutuum constat, nec obnoxius factus est accipiens. Quid erit igitur? Vindicari poterunt nummi a pupillo: & id quidem, cum nummi extant. Sed si accipiens mala fide consumpsit eos, scilicet pupillum esse, qui mutuo dedit; tenebitur actione ad exhibendum: in his enim qui extant, nummis aëlio in rem datur; in occultatis vero, vel consumptis mala fide locus est actioni ad exhibendum. Si vero expensi sunt bona fide, hoc est, existimante eo, qui mutuo sumperat, puerum esse, qui dedit: tunc actio in rem non competit: neque enim extant nummi. Neque competit ad exhibendum: quoniam iidem neque occultantur, neque mala fide consumpti sunt. Quid igitur fiet, ut ne introductum jus pupillo convertatur in ejus damnum? propterea quod nulla ipsi competit actio ex jure, dabatur ipsi condicitionis. Et quod non fecit pecuniam dinumeratio, hoc est, ut mutuum constaret, & mutuatus condicitione fieret obnoxius; hoc facit & bona fides consumentis: nascitur enim & hic condicitione.

S. At ex  
contrario.

At ex contrario qui rem dedit pupillo sine tutoris auctoritate, dominum eum constituit sine dubio: lex enim non invidet ipsi augenti

bona sua sine tutoris auctoritate. Quid igitur quum debitor pupilli exolvit ipsi pupillo debitum? an quia constat pupillum esse dominum soluti, ideo liberatus est debitor ab obligatione? minime. Nam si dicamus liberari debitorem, invenitur alienans obligationem pupillus, propterea quod debitum accipit sine tutoris auctoritate, quod prohibitum est. Ergo in debiti solutione tutoris consensus necessarius est. Nisi enim de ejus voluntate solverit, debitor non liberatur. Et hoc evidentissima constitutione clementissimus noster Imperator sanxit, quæ rescripta est ad cæsarienses advocatos ex suggestione Tribonianii eminentissimi ex quaestoris, qua imperatum est, tutori vel curatori debitorem pupilli facere solutionem (scies enim impuberem esse sub curatore) sed ita solvere debere, ut prius judicialis sententia celebretur, sine omni sumptu permittens fieri solutionem. Quo subsecuto, si & judex pronunciaverit, & debitor solverit: securitatem habet solutor, tanquam debito liberatus. Sin autem præter dictam dispositionem debiti solutio facta fuerit, & solutæ pecuniae servantur apud pupillum; vel qui eas accipit pupillus consumpsit, & ipse inde auctus est, hoc est ipsius substantia facta est locupletior, fortasse enim dominum sarsit, vel suos fundos excoluit, vel magistris dedit mercem, vel creditoribus satisfecit: nihilominus sic quoque impubes habet firmam in debitorem actionem; quam tamen movere tentans & debitum repetere, submovebitur per doli exceptionem. Quod si accipiens male consumpsit, & inutiliter, vel furto amisit: repetet debitum a debitore, nulla ab initio opposita exceptione. Condemnatur enim debitor sine controversia, quia temere sine tutoris auctoritate, non secundum nostri Imperatoris dispositionem solvit.

Pupilli quoque, vel pupillæ solvere sine tutoris auctoritate non possunt: quia non transferunt dominium in accipientem, cum nullam habeant ipsi facultatem alienandi res suas sine tutoris auctoritate. Quid igitur fiet, quando solverunt, & non liberati sunt debito; ut qui non fecerunt nummorum dominum eum, qui accipit? Dicimus, extantibus quidem nummis, habituros esse actionem in rem; occultatis autem vel mala fide consumptis eam quæ est ad exhibendum. Si vero bona fide consumpsit, quia cum creditor putaret ipsos esse puberes, consumpsit: quoniam non competit actio in rem nummis non apparentibus; excluditur & actio ad exhibendum, malo sumptu non facto, neque nummis occultatis. Tunc perfecte liberabitur a debito pupillus, & quod non fecit sine tutoris auctoritate facta dinumeratio; hoc perficiet facta bona fide impensa.

S. Sed ex  
diverso.

### T I T. IX.

*Per quas personas nobis acquiritur.*

Omnia dicta sive in rebus sive in actionibus acquiruntur nobis non solum per nos; sed

sed & per illos, quos habemus in potestate; & per alienos servos, in quibus habemus usumfructum; & per liberos homines & alienos servos, quos bona fide possidemus, nostros esse credentes. De singulis autem diligentius inspiciamus.

**§. Igitur liberis.** Primum quidem liberi nostri, quos habemus in potestate, & masculi, & feminæ nobis acquirunt. Sed olim undecunque ad ipsos aliquid perveniret, acquirebant nobis habentibus eos in potestate, exceptis castris peculiis. Et ita fiebant hæc parentum, quæ a liberis fuerant acquisita, ut ipsis omnis facultas daretur id, quod ab uno filio, vel una filia acquisitum esset, alteri filio, vel extraneo donare vel vendere, vel quoconque modo applicare. Quod inhumanum cum visum esset nostro Imperatori, generali constitutione congruens remedium adhibuit, quo liberis pepercit, & debitum suum patribus reservavit. Sanxit enim, ut siquid ex re patris filiosfamilias obvenerit, patre forte donante, vel quoconque alio modo ad ipsum transferente: ut hoc valeat a principio totum patrum acquireti. Nulla enim invidia est, quod ex patris sententia profectum est, hoc ad ipsum patrem reverti. Quod autem ex alia causa sibi filiosfamilias acquisivit, hujus quidem ususfructus patri acquiratur; dominium autem apud filium remaneat. Iniquum enim quod multis laboribus, vel fortunæ prosperitate accedit, alii hoc tradere, & luctus causam fieri illi, qui a principio acquisivit: contristat enim quempiam non minus id, quod non acquisitum est, quam quod post acquisitionem est ablatum.

**§. Hoc quoque.** Quoniam autem & ante clementissimi Imperatoris nostri constitutionem erant quædam, quæ patri non acquirebantur, ut materna & lucrifica nuptiis. Erat autem & constitutio dicens, licere patri emancipanti filium, tertiam partem rerum, quæ acquisitionem effugiant, retinere ratione dominii: quasi premium acciperet emancipationis. Accidebatque quiddam inhumanum, ut emancipatio in honorem data filiosfamilias (quia eum sui juris efficit) in damnum eidem verteretur; nam suis defraudabatur rebus, substantia diminuta. Unde constituit clementissimus noster Imperator, ne amplius tertiam dominii partem, rerum acquisitionem effugientium filii pater consequatur, sed usumfructum dimidiæ partis. Hoc enim modo & intacta filii res remanet apud filium, & dimidiæ partis usumfructum accipiens pater, majoris nominis gaudet honore, nam pro tertia dimidiâ accipit.

**§. Item nobis.** Acquirunt nobis præter filiosfamilias etiam servi nostri, sive per traditionem quid acceperint, sive stipulentur, sive ex alia qualicunque causa acquirant. Hoc enim etiam ignorantibus, & (quod majus est) nolentibus dominis acquiritur. Nam servus, & qui in potestate est nihil suum habere potest, excipe hereditatem. Si meus enim servus ab aliquo heres instituatur: non aliter hanc tenere potest, quam si ius suu meo adiverit. Quoniam possint majora esse

apparentibus lucris occulta onera, & non apparentia. Absurdum autem erat ignorantes nos, sive etiam invitatos damnosam suscipere hereditatem. Ideo in ipsius acquisitione necessarium est domini iussum præcedere. Et si servus meus de mea voluntate adiverit: non aliter heres fiam, quam si ego ipse institutus essem heres. Convenienter autem & relicta servis legata nobis acquiruntur. Non solum autem dominium per eos, qui sunt in potestate, nobis acquiruntur; verum etiam possessio. Si quis enim rem non suam meæ potestatis homini tradiderit, vel mobilem, vel immobilem bona fide accipienti: per ipsius possessionem dominus suo ex usufruptione, vel longi temporis acquisitione.

**§. De his autem.** Hæc de nostris servis. Acquirunt autem nobis, ut dictum est, & alieni servi, in quibus habemus usumfructum; non quidem omni de causa, sed ex duabus tantum ex re mea, & ex operis suis. Ex re mea est, quando curam ipsi mearum pecuniarum commisi, vel mandavi ipsi pecunias meas foenerari; & feci ipsi dispensatorem. Potuit hic ex industria sua, vel ex agricultura, vel ex datis ad usuram aliquid extra ea, quæ nobis debentur, lucrifacere: hoc dicitur ex re mea, & mihi acquiritur. Ex operis autem suis: ut futor erat, vel faber, vel pector: locavi ipsum ego ut alis operetur, & mercedem constitutam pro ipsius arte accipiat. Hic ultra constitutas mercedes potuit aliquid accipere, & quod inde partum est, mihi acquirit, hoc est ex operibus suis. Siquid vero extra has duas causas acquisivit: hoc ad proprietatis dominum pertinet. Ergo si heres institutus sit, sive etiam legatarius, & legatum naetus est, vel ab aliquo donationem acceperit: non usufructuario, sed proprietario id acquirit.

**§. Idem placet.** Dicta de servo, in quo habeo usumfructum, placent eadem & de illo, quem bona fide possedeo, sive liber est, sive alienus servus. Nam & ipsi ex duabus causis nobis acquirunt: hoc est, ex re mea, vel ex operis suis. Siquid vero præter has duas causas acquirant: siquidem liber acquisivit, quem bona fide possedeo: jus ei servat in illud tempus, quo cognoverit suum statum. Quod, si alienus servus est, bona fide a me posseleus: vero dominio acquirit, quecumque acquisierit extra duas illas causas. Qui autem bona fide possedit alienum servum, tandem ex duabus tantum causis recipit acquisitionem, donec triennum præterierit: hoc præterito usucapit deinde servum, & a servo parta ex omni causa ejus fiunt. Qui enim liberum bona fide possedit, non usucapit, ut dictum est; nec usumfructum habens unquam potest usucapere. Primum quidem quia non possidet: possessione enim deficiente, non procedit unicatio. Possessio autem est, animo dominandi possidere; hic autem jus habet utendi & fruendi. Si quis autem non sequens juris intellectum, sed ex apparentibus rem æstimans, dixerit usufructuarium possidere: alia majori ratione usufruptione prohibebitur: quia mala fide possidet usufructarius, scit enim esse alienum: Non solum au-

autem proprietas per hos servos, in quibus usumfructum habeo, vel quos bona fide possideo, vel per liberum, quem possideo bona fide credens esse meum servum; sed & possessio nobis acquiritur secundum ea, quae ante dicta sunt: hoc est, ex re mea, vel ex operis suis. Si enim rem alienam ex duabus his causis acceperint ab eo, qui non est dominus: per ea tempora, quibus ipsi possident, usucapio procedet.

§. Ex his.

Ex his itaque causis apparet per liberos homines, qui non sunt nostro juri subiecti, neque bona fide nobis serviunt, item & per alienos servos, in quibus neque usumfructum, neque bona fidei possessionem habemus, ex nulla causa quicquam nobis acquireni posse. Et hoc est, quod apud omnes dicitur, per extraneam personam nihil acquireni posse, excepto sequenti casu. Si quis enim viderit mihi possessionem in alio loco sitam, deinde, cum non possim locis illis immorari, misero meum procuratorem, & hic possessionem ceperit praediorum: per eum mihi possessio acquiretur. Nec solum possessio nobis acquiritur, siquid eis nostro nomine datum fuerit, nobis scientibus, verum etiam ignorantibus. Ut vult divi Severi constitutio. Deinde possessione nobis acquisita tacite sequitur & dominium, si dominus fuerit tradens. Si vero non esset dominus: per usucapionem, vel longi temporis decursum traditæ rei dominium acquiro.

Sufficit hactenus recensuisse quo modo singularæ res nobis acquiruntur. Est & aliis iustus acquirendi modus per legatum, per quod singularæ res nobis acquiruntur. Item per fideicomissa, per quæ etiam speciales nobis res possunt relinquiri. Hæc autem opportunius dicentur in locis inferioribus. Ergo vel naturales sunt acquisitiones, vel legitimæ. Et naturales quidem quatuordecim, ut occupatio, præda, & in littore inventi lapilli, vel preciosæ gemmæ, & ex nostris animalibus foetus, alluvio, insula in mari nata, vel in fluvio, relictus alveus a fluvio posseffori propinquus; alienæ materiæ in speciem transformatio, quæ in pristinam materiam reduci non potest, ex aliena suaque materia facta species; commixtio ejusdem materiæ vel diversarum, de dominorum voluntate, vel fortuito facta; & regula quæ dicit superficiem cedere subjecto, ut in multis casibus est visum: ut quando ex aliena materia ædificavi in meo solo, vel ex mea in alieno; alienæ arboris in suo fundo plantatio, & e contrario plantatio suæ arboris in alieno fundo, ita ut radices agat; literarum in meis membranis chartisve impositione. In imagine autem regula fallebat: cederat enim picturæ tabula; Bona fide alienum fundum & possidere & seminare; Thesaurum ex casu invenire in suo loco, vel sacro, vel religioso. In alieno enim sive privati sit, sive principis, sive fisci, sive civitatis locus, dimidiæ partis sit dominus. His accedit traditio. Legitimæ autem acquisitiones olim quidem quinque; hodie autem quatuor: velut usucapio, longa possessio, & apud veteres jus accrescen-

Tom. II.

di ex temeraria communis servi manumissionem; & legatum, & fideicommissum. Sed hæ quidem singulares dicuntur acquisitiones, quoniam una quædam res est, quæ geritur, & una venit in dominium nostrum. Sunt autem & alia acquisitiones, quæ dicuntur per universitatem, in quibus una quidem res est, quæ fit; multæ autem res sub una in nostrum veniunt dominium. Sunt autem acquisitiones per universitatem hæ: Hereditas, bonorum possessio, arrogatio, additio nobis alienorum bonorum, libertatum conservandarum causa; Ac prius de hereditate videndum est. Sed quia hereditatum duplex est acquisitionis (acquiruntur enim vel ex testamento, vel ab intestato) necessarium est prius expondere de ea, quæ obvenit ex testamento, & ante omnia docere initio, quo modo testamenta ordinentur.

## T I T. X.

### *De Testamentis ordinandis.*

**A**NTE ALIA NECESSARIUM EST DICERE TESTAMENTUM ex eo appellatur, quod testationis sit. Sed ut antiquitatis nihil penitus ignoretur, & si hujus ignorantia nullum affert periculum; tamen historiæ gratia, & discendi, quo modo tempore paulatim procedente hæc immutata sint, non absurdum fuerit dicere. Olim duo genera testamentorum fuerunt: Unum, quod calatis comitiis dicebatur. Alterum, quod procinctum. Et illud quidem fiebat pacis tempore bis in anno, hoc modo: præco totam circuibat civitatem conclamans, & omnis populus conveniebat; & ita qui volebat, teste populo testabatur. Dictum est autem calatis comitiis inde, quod calare est vocare; comitia autem conventus. Quoniam igitur vocati conveniebant, dictum est, calatis comitiis. Hoc autem fiebat, quando exituri erant in prælium, accepto nomine ab habitu, in quo testabantur: procinctus enim dicitur accinctus & paratus ad pugnam: Quoniam enim incerta erat reversio, testati primum sic irruerant in prælium. Hæc duo genera cum essent: contingebat quosdam repentina morbo occupatos mori intestatos. Nec enim calatis comitiis testabantur, quia tempus nondum instabat: neque in procinctu, quia non erat bellum. Deinde illud mali omnino videbatur, testari quemquam fano corpore. Ideo accessit tertium genus, quod per as, & libram dicebatur. Fiebat autem per emancipationem, quæ imaginaria est venditio: & fiebat hoc modo. Accedebant quinque testes, & libripens, cives romani puberes: quibus præfentibus, futurus mortui successor emebat morituri bona, dicens quædam verba formalia, quæ nunc superfluum est apponere; & dabat ratione imaginarii precii nummum domino bonorum; dicebaturque emens familiæ emptor. Deinde moriturus constituebat quid dari deberet post suam mortem: dicebat enim familiæ emptori sive heredi: volo te dare huic fundum,

R I I

illi

illi domum, alii centum solidos. Et hoc genero introductio, priora illa duo genera calatis comitiis & procinctum ex veteribus jam temporibus in desuetudinem abierunt. Ipsum autem per as, & libram neglectum est paulatim. Quoniam enim familiae emptor idem erat & heres; & inde sciens postea se esse succelorem bonorum, domino insidiabatur: ideo secundum quidem veterem formam accipiebat familiæ emptor, quisquis imaginarie emebat morituri substantiam; testator autem privatim scribebat in libris, vel in chartis, quem volebat fore sibi heredem. Sed haec quidem dicta testatorum genera solum civile jus noverat. Postea vero prætoris edictum aliam testatorum formam introduxit. Jure enim prætorio nulla emancipatio, hoc est imaginaria venditio fiebat; sed septem testium signa sufficiebant ad factio[n]em prætorii testamenti. Si quis enim testabatur, & testamentum hoc septem testium signis signari faceret; perficiebatur prætorium testamentum: cum civile jus necessaria testium signa non cognosceret.

§. Sed cum  
paulatim.

Sed postquam paulatim partim quidem ex diverso hominum usu, partim autem ex constitutionum emendationibus in unam consonantiam civile simul, & prætorium jus conjungi cœperunt, constitutum, est ut uno eodemque tempore (quod civile jus exigebat) septem testibus adhibitis, & subscriptibus (quod ex constitutionibus inventum est) & signacula imponentibus (quod prætor requirebat) testamentum perficeretur. Ergo hodie testamenta ex tripli jure constituuntur, ex civili, & constitutionum, & prætorio. Ex civili quidem descendit, ut præsentibus testibus uno contextu conjunctim testamentum perficiatur; testatoris autem, & testium subscriptiones ex constitutionibus; signa autem & septem testium numerus ex edicto prætoris. Omnis autem talis observatio, ut nulla fraude occupetur testatorum factio, & ab omni dolo sincera sit, ex constitutione divi nostri Imperatoris addita est: ut testator sua manu scribens judicet hunc institui heredem; id si non fecerit, necesse sit a testibus nomen heredis exprimi. Et (ut simpliciter absolvam) omnia debent procedere secundum ejus constitutionis tenorem. Quoniam vero dimicimus testes debere signa imponere, scire debes uno etiam annulo posse omnes testatum signare. Quid enim cum septem testes annulos haberent omnes unius sculpturæ, hoc est, unam & eandem habentes notam? Licet (quemadmodum Pomponio visum est) & alieno annulo signare.

§. Possunt.

§. Testes  
autem.

Illi autem testes adhiberi possunt, quibuscum habemus testamenti factionem, hoc est, qui a nobis possunt heredes scribi, & nos scribere. Sunt autem quidam, qui omnino excluduntur a testamenti testimonio, ut mulier, impubes, mutus, surdus, furiosus, prodigus, servus: item improbus intestabilisque: Quis hic autem? dicam exemplo. Testante quodam, adhibitus est Titius testis; testificatus est, hoc est, subscri-

psit testamento, & signavit: defuncto autem testatore noluit accedere, & testificari suam esse subscriptionem, & suum signum. Oderunt talem jura, nec permittunt eum quidquam capere ex alieno testamento, neque dant ipsi testandi facultatem, neque adhibent testem alii testanti: dicitur talis improbus, intestabilisque.

Quid igitur si quis testium testamenti quidem faciendi tempore liber putabatur, postea autem servus apparuit? Dispiciamus an irritum sit testamentum: quoniam servus (ut dictum est) prohibitus est esse testis. Hac igitur quaestione vigente, facta est prius divi Adriani ad Catinium Verum constitutio. Eadem rursus emersa, divi Severus & Antoninus recipserunt ex sua liberalitate se testamentum corroborare, ut sit eodem loco, quo futurum erat, si a principio rite factum esset, omnibus liberis ad testificandum adhibitis: quia quo tempore factum est testamentum, ille testis de omnium sententia liber esse putabatur; nec quisquam erat, qui quaestione ei de statu moveret.

Me testante potest esse testis unus cum altero, §. Pater.

qui in ejus potestate est. Sed & si duo fratres sint in ejusdem patris potestate, non prohibentur esse testes; nihil enim impedit ex una domo, sive una familia plures alieno testamento testes adhiberi. Cum quis testatur; si vult testamentum esse firmum, contempletur futuros testes, & scrutetur, num quis testium sit in potestate testatoris; & si esse invenerit, repellat ipsum. Illud autem non querimus, num quis testium in potestate habeat testatorem, vel cum ipso sit in aliena potestate. Ratio haec est; Utrum vis esse testatorem, sui juris, an alieni? Si quidem sui juris dixeris: non procedit quaestio, an quis sit cum eo alieni juris, aut habeat eum in potestate. Si autem alieni juris ipsum facies: alia majori ratione testamentum prohibes. Qui enim in potestate est, testari non potest: quia testamentum est de rebus suis dispositio. Non putatur autem quicquam habere in plenissima potestate, qui in aliena est potestate, ita ut faciat in eo, quæ vult. Si vero possumus invenire alienæ potestatis testantem, tunc postea spectamus, an cætera procedere possunt. Et querentes invenimus veteranum alienæ potestatis (veteranus autem est, qui militavit, & jam missionem accepit) de castrensi peculio testari posse, quod acquisivit ex bellicis laboribus: honoraverunt enim eum constitutiones. Igitur quoniam testator alieni juris inventus est, tractabimus sequentia: Veterano igitur alienæ potestatis testante super castrensi peculio, pater habens ipsum in potestate, vel frater qui ejusdem est potestatis cum eo testes fieri possunt? Nequaquam: domesticum enim testimonium reprobatur in testamento, testimonium autem domesticum non ex cognitione, sed ex eorum conjunctione, qui in aliena potestate sunt, accipimus. Nam etiam si constitutiones testari concesserunt ei, qui sit in potestate; tamen requirunt ab eo, ut cum testatur, non contemnat diligentiam.

Te-

§. Sed cum  
aliquis.

**§. Sed no-** Testans aliquis instituit me heredem: non possum testis adhiberi huic testamento; neque is, qui in mea potestate est, neque pater, qui me habet in potestate, neque frater meus, qui in ejusdem patris est potestate, quia hoc totum negocium, quod hodie agitur testamenti ordinandi gratia, inter heredem & testatorem agitur. Nam, et si olim confusum fuerat tale jus & quam maxime conturbatum, quando jus familiæ emptoris obtinebat; (quoniam primo aspectu ipse putabatur heres esse, non poterant conjuncti cum familiæ emptore per potestatem testes esse testamento: heredi autem privatum scriptio (sicut prædictum est) per potestatem copulati, & ipse etiam heres, non prohibebatur esse testis, diligentia testimonio adhibita: propterea quod videretur totum lucrum ferri in familiæ emptorem, scriptum autem privatum heredem ignorari.) Attamen permittentes hoc antiqui, & non prohibentes scriptum heredem, neque conjunctos ipsi per potestatem testamento testificari, suadebant testaturos non abuti hoc jure. Et hac quidem apud antiquos. Imperator autem noster talem corrigens inconvenientiam (inconvenientia enim videbatur facultatem quidem præbere, suadere autem ea non uti) veterum suasionem in legis transstulit necessitatem. Et sicut antiquo familiæ emptori prohibitum fuerat omne testimonium conjunctorum cum familiæ emptore per potestatem: ita neque heredi pristini familiae emptoris imaginem retinenti licentiam concessit testimonium præstandi; neque aliis illi conjunctis per potestatem: videtur enim in suum lucrum testimonium præstari. Et quoniam veterum imperatorum constitutio heredi permittebat esse testem, hujusmodi constitutionem vetuit divus noster Imperator suo inseri codici.

**§. Lega-** Legatarii autem & fideicommissarii (quia non incorporeæ rei successores sunt) & omnibus, qui cum eis sunt copulati per potestatem, liberum dabitur testimonium. Immo specialis constitutio est quædam nostri Imperatoris specialiter eis concedens, posse legata relinquere futuris testibus testamento, & multo magis his, qui conjuncti sunt per potestatem.

**§. Nihil.** Nihil autem refert, in qua materia factum sit testamentum: utrum in tabulis, an in chartis aut in membranis, aliave materia: puta, in pelle, vel eboreis pugillaribus. Poteſt aliquis testans multa pariformiter scribere testamento: sic tamen ut unumquodque ipsorum secundum obtinentem in testamentis observationem conficiatur. Id autem necessarium est, ut sint multa exemplaria testatorum. Interdum enim aliquis navigatus habere secum vult testamento, & alterum domi relinquere, ex quo mortui voluntas indicatur. Evenit & ob alias innumerabiles causas, maxime necessarium id esse, quæ ex humanis casibus contingunt. Non nunquam enim accedit furto auferri unum, vel eum, qui acceperit in deposito, iter facere, nec constare, ubi nam locorum commoretur.

**§. Sed bac.** Hæc autem omnia intelligenda sunt de testa-

mentis, quæ in scriptis conficiuntur. Si quis autem sine scriptis voluerit facere testamentum, civile videlicet (sine scriptis enim testamentum prætor non novit, qui enim possit, qui signa requirit semper?) Si igitur præsentibus septem testibus suam voluntatem coram ipsis manifestaverit, hoc perfectum & firmum jure civili testamentum erit constitutum.

## T I T. XI.

### *De militari testamento.*

**D**iximus in præcedentibus quo modo oporteat condere testamentum. Sed illa diligens observatio in paganis quidem testamenti locum habet, in militaribus autem vacat omnis hujusmodi ratio. Concessum est enim ipsis ex principalibus constitutionibus propter eorum juris imperitiam negligentius testari. Itaque si vel uno præsente teste testentur, vel etiam sua manu heredis nomen non scribant: rata habetur eorum voluntas. Versantes enim in militia jure ignorant diligentem observationem. Sed olim quidem ubicunque degerent, militariter testari poterant. Constitutio autem nostri Imperatoris tunc eis concessit hoc facere, cum degunt in castris, vel in expeditione: quomodounque enim voluntas ipsorum ordinata sit, vel in scriptis, vel sine scriptis, ex ipsa corroboratur. Quibus autem temporibus alibi degunt quam in expeditione, militaribus in testando privilegiis non fruentur. Et filii familias etiam non prohibentur testari, dum eadem observent ubique, quæ, cum sunt extra castra.

**§. Illius an-** Non absurdum autem ferre in medium, & quæ Trajanus inscripsit de militari testamento in hujusmodi casu. Miles quidam convocatis quibusdam dixit: Hunc, vel hunc volo esse heredem, & hunc servum manumitti: fecit haec sine scriptis. Quæstio post ejus mortem nata est inter heredes ab intestato, & eum qui nominatus est. Et heredes quidem ab intestato dicebant ea defuncti verba ad testamentum non respexisse; heres autem proferebat militare privilegium, inde testamentum confirmans. Hujusmodi quæstionem audiens Statilius Severus ad Trajanum detulit: Ille hæc rescripsit: Militare privilegium, quo sanctur facta a militaribus testamenta quomodounque rata esse, sic intelligi debet: ut prius constet testamentum esse factum, sive sine scriptis, sive in scriptis. Si defunctus igitur miles, super cuius bonis movetur quæstio, convocatis quibusdam ea de causa, ut voluntatem suam coram testibus manifestaret, clare protulit, quem vellet habere heredem, & quem servorum manumittere dignum duceret: firmum hujusmodi sine scriptis testamentum vocamus. Si vero (quod plerunque in sermonibus usuvenire conluevit) præsentibus aliquibus testans alieno dixit: Ego te heredem facio, vel meas res tibi relinqu: non oportet hoc testamenti jura habere. Ad nullum enim magis pertinet hoc spectare, quam

ad milites, quibus id privilegium datum est, ut quomodo velint, testentur; ut quae in sermonibus dicuntur, in testamenti formam non referantur. Alioqui facile post cuiusvis militis mortem testes existent, confirmantes se audivisse aliquem defunctum dixisse alicui: relinquo te heredem, vel relinquo tibi res meas, unde veræ militum voluntates subvertuntur.

§. Quin-  
imo.

Miles live mutus sit, live lurdus firmiter testatur; sed ita, si non fuerit exauktoratus caufaria missione: inconveniens enim talem militare. Nam hic quidem non audit ducis mandata; ille autem, si qua re indiget necefaria, velut armis, non potest hoc eloqui.

§. Sed ba-  
renus.

Sed hactenus ex principalibus constitutionibus concilium est militibus testari negligentius donec militant, vel etiam commorantur in castris; post vero missionem, hoc est, cum facti sunt veterani, vel sunt extra castra, licet adhuc militent, pagorum diligentiam debent observare. Sed quoniam diximus milites quidem testantes in castris, tuto diligentiam contemnere, veteranos autem eam observare debere: specta hinc ortam questionem, quae est inter militem & veteranum. Miles in castris degens, quomodolibet testatus, missione accepta deceffit: videamus nunquid obtineat ejus voluntas. Ac si quis examinaverit tempus, quo factum est testamentum: ratum haberi dico, etiam diligentia non adhibita. Si vero mortis tempus; non oportet valere quod factum est sine diligentia: Quid igitur tempus tollit dubitationem. Et si quidem intra annum post missionem deceferit, puta decimo, vel undecimo, vel duodecimo mense, militare adhuc ipsum testamentum vocans, firmum esse jubeo. Si vero obeat anno post missionem elatio, irritum est: Satis enim fuit intermedium tempus ad eum commonendum, ut servaret debita n diligentiam circa testamenta, ita ut secundum eam immutato testamento testaretur. Quid autem si quis militanter testatus hereden instituit sub conditione: inde deceffit intra annum post missionem: conditio autem institutionis post annum advenit? Videamus nunquid hoc noceat testamento. Minime. Mortem enim requirimus intra annum fuisse post missionem, non autem aditionem.

§. Sed &  
f.

Paganus quispam testatus est non jure, postea militavit, & in castris degens resignato testamento, quedam adjecit, vel detraxit, vel etiam tantum legit, vel fecit quid aliud, ex quo manifesta sit voluntas militis volentis hoc ratum haberi, deceffit postea. Valet etiam non jure factum testamentum, quasi a nova ejus voluntate, quam in castris degens habuit in testamento. Miles degens in castris testatus est non jure, postea capite diminutus est; vel cum sui juris esset, dedit se arrogandum; vel cum alieni juris esset, emancipatus est: remanebit testamentum nihilominus firmum, ut ex nova militis voluntate, post emancipationem. Ex quo enim ipsum non mutavit, firmum habere voluit. Neque capitis diminutio irritum facit

testamentum: quoniam miles est, qui testatur. Quod enim, ut procedentes intelligemus, testatoris capit is diminutio subvertit testamentum, id hic non observatur; Absurdum enim, testamentum non jure factum, sed tamen validum civili jure everti.

Sunt quidam alieni juris, qui castrense quidem peculium non habent, sed quasi castrense, idque tam ex prioribus legibus, quam ex posterioribus constitutionibus. Qualia sunt, quae percipiunt: Magistratus, afflatores, advocati hoc est annona ex publico eis praebita. De his permisum est etiam constitutis in aliena potestate testari. Sed quia parva quedam dubitatio inerat in eis, facta est generalis nostri Imperatoris constitutio dicens: quicunque alieni juris peculium quasi castrense habeat, testari posse in eo, sed communis jure. Si legeris igitur dictam constitutionem, nihil ignorabis pertinentium ad jus tale.

§. Scien-  
dum.

## T I T. XII.

### *Quibus non est permisum testamentum facere.*

**H**ominum aliqui quidem testantur. Aliqui autem non testantur. Dicamus de valentibus testari. Sed quia complures numero sunt, dicamus de non valentibus testari, qui pauci sunt: ut ex his majorem numerum cognoscamus. Primum qui alieno juri subjectus est, testari non potest: quoniam testamentum est bonorum suorum dispositio. Alieno autem juri subjectus non potest res suas, ut vult, constituere; sed adeo quidem prohibitus est testari, ut quamvis ego pater (ut solet fieri) per obsequium ei permiserim in quantam vult partem meæ substantiæ testari, tamen testari jure non possit: non decet enim, privati voluntatem jure publico esse firmarem: Sunt tamen qui etiam alieno juri subjecti testantur, ut habentes castrense peculium, quod a principio solis militibus est concessum ex auctoritate cum Augusti, tum Nervæ, tum vero etiam optimi Imperatoris Trajani. Postea autem constitutio Hadriani, ægre id ferentibus veteranis, concessit testari etiam alieno jure subjectis. Et si dicti omnes testati fuerint super castrensi peculio: accipiet hoc institutus ab eis heres. Si vero deceferint intestati, neque liberos habentes, neque fratres superstites communis jure: ut qualemque paganum, peculium id ad parentes pertinebit. Quando enim quis non utatur concesso sibi novo jure, prius juri est locus. Prius autem omne peculium mortui filii pater capiebat. Multæ differentiæ sunt paganici, & castrensis peculii. Et prima quidem haec: super castrensi quidem testari potest alieno juri subjectus; super paganico non potest. Secunda differentia. Indignatus pater in eum, quem habet in potestate, paganum quidem peculium ei potest adimere; castrense autem non potest. Tertia differentia. Si quis mul-

tis

tis debens sustinuerit venditionem a suis creditibus, filii quidem peculum, videlicet paganum convenditur; castrense autem minime: Est & quarta differentia. Si multis filiis superstibus, pater deceperit, & contigerit unum ex his utrumque habere peculum: paganum quidem erit commune fratum; castrense autem illius tantum, qui acquisivit. Et quidem peculia omnia filiorum familias pars paternæ substantiæ perinde esse putantur; ac servorum peculia dominorum bonis adnumerantur. Dicta autem de castrenis, intellige & de illis, quæ patri non acquiruntur ex constitutionibus, variis de causis. Exceptis igitur habentibus castrense, vel quasi castrense peculum, si quis alieni juris testatus fuerit: inutile est ejus testamentum, & si factus sui juris decepsit. Speciemus enim semper non solum tempus mortis, sed & factionis testamenti, an in utroque tempore testandi facultatem haberet.

**§. Præterea.** Secundo loco testamentum facere non possunt impuberis. Scis enim testamentum dici mentis testationem; impubes autem animi judicium non habet: Sed neque furiosi possunt testari, quia mente carent. Ergo neque impubes testamentum facit, neque furiosus, quia mentis judicium huic quidem non advenit, hunc autem defecit. Infirmum autem ipsorum testamentum, etiam si impubes factus pubes deceperit, furiosus autem mentis compos. Quod si furiosus per id tempus testetur, quo furor intermittitur, hoc est, per intervalla; queritur, an obtineat? Et dicatur justum esse testamentum: Quid autem cum quis testatus furiosus factus est? Furor postea interveniens neque recte factum testamentum corrupit, neque alium contractum. Prodigum vero, cui bonorum suorum administratio interdicta est, jus testari non permittit; testamentum autem factum ante prodigalitatem, hoc est, priusquam bonorum administratio ei interdiceretur, ratum est.

**§. Item prodigus.** Item mutus & surdus non semper faciunt testamentum. Loquimur autem de illo surdo, qui omnino non audit; non de eo, qui tarde audit: hic enim testatur. Nam & mutum illum dicimus, non qui tarde loquitur, sed qui omnino non loquitur. Non semper, autem apposui ob eam causam: quia sæpe litteratus, & eruditus casu aliquo (plurimæ, autem sunt hunc inducentes causæ) audiendi loquendive facultatem amittit. Et quoniam tales apud veteres testamentum facere non poterant, constitutio nostri Imperatoris prodiit his, qui in hunc casum incidunt, quadam cum observatione testamentum facere permitti. Modum autem & observationem perfecte novavit, qui dictam legerit novam constitutionem. Si quis autem testatus, adversa valetudine, vel supplicio a magistratu irrogato, vel alio qualibet casu mutus aut surdus esse cœperit: testamentum ante factum firmum remanet.

**§. Cæcus.** Cæcus tunc potest facere testamentum, cum observat divi Justini constitutionem.

Ejus qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valet, licet contigerit hunc ad nostram reverti civitatem. Quod vero fecit apud nos testamentum, ante quam factus sit captivus, id valere dicimus. Nam si redierit: valet jure postliminii; si deceperit apud hostes, valet ex lege Cornelii.

**§. Ejus.**

### T I T. XIII.

#### *De exheredatione liberorum.*

**D**iximus in præcedentibus quo modo oportet facere testamenta: scilicet ut testator sua manu scribat heredis nomen, aut hoc dicat coram testibus, qui sint septem, & subscirbit testamento, & hoc signent uno contextu: utque unum ex his omissum, testamentum reddat inutile. Atqui non solum ea indigemus observatione ad firmiter testandum, sed querimus & aliud quidpiam. Quia videre oportet, si filium in potestate habet testator, sive nullius iuri subjectum: oportet enim hunc vel exheredem scribere vel exheredem facere nominarim. Nam si silentio præterierit, irritum fit testamentum ex ipsa scriptura. Itaque licet contingat ante filium mori, quam pater: nihilominus invalidum est testamentum ob regulam dicentem: quæ a principio infirma sunt, ex post factis firmitatem non recipiunt.

Nec poterunt scripti heredes accipere defuncti substantiam, licet filius præteritus non supervisit. Et hæc quidem, quando filius est subiectus. Si quis autem filiam habeat subiectam, aut nepotem neptemve, aut pronepotem præneptemve, neque ipsos scripti heredes, neque exheredavit, sed injuria præteritionis affectit; testamentum quidem non infirmatur. Præteriti vero scriptis heredibus accrescunt (jus accrescendi autem est jus partis auferendæ.) Sed si scripti quidem extranei sunt, dimidium accrescit; si autem sui, ex proportione: Veluti tres quidam heredes instituit, filia, nepoteve præterito. Si scripti heredes extranei quidem sunt, filia sive nepos accipiet semifissim: tres autem extranei heredes alterum semifissim. Si autem sui: accipiunt ex proportione, hoc est quadrantem, quantum erant accepturi, si pater deceperit intestatus, hoc est, quartam bonorum ipsius portionem. Licuit autem hos non solum nominatim, verum etiam inter cæteros sive indeterminate exheredare, dicendo: Reliqui exheredes sunt. Nominatim autem fiebat exheredatio hoc pacto. Titius filius meus exheres esto. Potest & ab exercitio. Grammaticus esto exheres. Et ab arte, faber ferrarius. Et ab ætate. Senior, vel junior. Et a colore. Albus & niger. Et simpliciter omnis sermo manifeste indicans subiectam personam, nominatim perficit exheredationem.

Oportet autem testatorem non solum eorum qui nati sunt, sed & posthumorum curam habere, & eos heredes scribere, vel facere exheredes: quoniam præteriti simul cum partu rum-  
**§. Posthu-  
mi.**  
punt

punt testamentum. Nec licet hic differentiam invenire filii filiae, aut nepotis neptis: præteritis enim eis, valet testamentum cum scriptura; editis autem postea in lucem posthumis, frangitur testamentum, & omne inde infirmatur, videlicet ex eorum præteritione. Nec infirmatur ex scriptura, sed ex partu. Quia si contigerit mulierem, ex qua posthumus sperabatur, abortum facere: nihil impedimento est scriptis heredibus, quin adeant hereditatem. Sed foeminae quidem posthumæ vel nominatim, vel inter cæteros exheredantur. Si enim dixerit testator: Esto mihi quidam heres: reliqui autem sint exheredes; per hæc verba exheredari postuma videtur. Verumtamen, ut ne postquam nata est, turpe aduersus scriptum heredem judicium moveat, dicens: non cogitavit de me testator, quando & me ignorabat: oportet & legata relinquere in hæc verba: esto meus heres quipiam, cæteri autem sint exheredes; sed nascenti mihi posthumæ C. solidos lego. Hoc enim ita habente, respondemus factam de ea exheredationem inter cæteros, ideo quod ei legatum reliquit: Masculos autem posthumos, hoc est filium, nepotem, pronepotem, non aliter placuit exheredari, quam nominatim. Sed quod nomen dici potest de nondum nato? dicamus manifestandum esse hoc modo. Quicunque mihi filius nascetur, exheres esto; vel quicunque nascetur ab tali mea uxore, exheres esto.

*S. Posthu-  
mous.*

Sunt & alii posthumis similes, qui antecessore per gradum suo defuncto, sui fiunt, ut in hoc casu. Habebam filium in mea potestate, & ex hoc nepotem neptemve. Sed filius quidem erat etiam suus, quia præcedebat. Nepos autem, vel neptis in potestate quidem erant; sed quia eorum pater præcedebat, non erant sui. Testans ego cujus debeo curam habere? Manifestum est debere filii, & hunc heredem scribere vel exheredare. Non igitur nepotis aut neptis? Minime. Hi enim cum non sint sui, si præteriti fuerint: neque ipso jure irritum faciunt testamentum, neque jus habent accrescendi. Hæc enim suorum propria. Verum si talis casus esset mihi perpetuus, bene hæc dicarentur. Sed quoniam potest fieri, me vivente, median personam exire de potestate, vel ob mortem, vel quia patriciam dignitatem adeptus est: invenitur deinceps nepos neptisve suus suave, ut post nati, & posthumos in hoc imitantes. Nam qui ante sui non erant, nunc fiunt sui. Et sicut postumi parti, ita hi agnatione rumpunt testamentum. Ut ne igitur novus hic suus adnascens nepos rumpat testamentum: sicut ipsum filium, ita & nepotem neptemve oportet scribam heredes, aut exheredem nominatim. Si vero præteriti sint: agnatione, quando media videlicet persona sublata est, ut non legitimate firmatum infirmant testamentum. Et hoc lege Julia Velleja provisum est: quæ lex ad similitudinem posthumorum exheredes eos fieri docuit: hoc est nepotem quidem nominatim, vel inter cæteros; filias autem & neptes cum legati datione.

Habebat quidam filium filiamve emancipatos, hic testans quantum ad jus civile non cogitur eos scribere heredes, vel facere exheredes, ignoti enim sunt XII. tabularum legi ob capitis diminutionem. Prætor autem naturalem spectans cognitionem novit etiam hos filios; & jubet eosdem emancipatos scribi heredes. Quod si testator nolit: masculi quidem nominatim exheredari debent; foeminae autem & nominatim, & inter cæteros. Quod si neque heredes instituantur, neque ita, ut dictum est, exheredentur: dat eis prætor bonorum possessionem contra tabulas, per quam filius quidem vel nepos omnem accipiet defuncti substantiam; filia vero vel neptis tantum accipit quantum lucrabatur per jus accrescendi, alienæ potestati subjecta. Habe hæc tanquam in prævisione: Ubi aliquem adoptavero, erit hic mihi filius & jure & natura. Jure quidem propter ipsam adoptionem. Natura autem propter jus: jus enim continet penes se naturam. Eo usque autem natura filii pater esse putor, quo usque vigent jura adoptionis. Quod si ipsum emancipavero, legitimus actus jus solvit adoptione constitutum, jure non amplius servato, abit simul & natura non habens id, quo continetur: Hæc ubi prævisa sint, reliqua sunt spectanda. Matrimonio tibi junxi filiam meam; natus est filius; is in tua erat potestate. Rogatus tu a me dedisti mihi hunc adoptandum. Quærimus uter nostrum faciens testamentum cogatur hujus curam habere. Et dicimus, quod ego pater adoptivus. Nam propter adoptionem videtur hic ejusdem juris, cuius sunt ex justis nuptiis quæstæ mihi filii. Ergo sicut justum filium meum, quem habeo in potestate, cogor heredem, vel exheredem secundum prædicta facere, ita & adoptivum. Tu tamen naturalis pater non cogeris eum heredem scribere. Neque enim jure civili tuus est filius, quia non habes eum in potestate; neque naturali, cum propter jus ego adoptivus videor esse naturalis ejus pater; nullus autem duos naturales patres habere potest. Quod si eum emancipavero: neque civili jure, neque eo quod ad prætorem attinet, inter liberos connumerabitur. Igitur neque ego cogor eum heredem instituere; neque naturalis pater idem facere cogetur. Ita enim erit hic filius, sicut si a te naturali patre esset emancipatus.

Sed hæc quidem secundum vetustatem. Constitutio autem extat nostri Imperatoris nullam faciens differentiam inter masculos & foeminas in jure testamenti: utramque enim personam ad liberorum procreationem similiter aptam natura produxit. Et inde constat nullum esse inter eas discrimen, quod lex XII. tabularum ab intestato vocat similiter masculos & foeminas. Et prætor XII. tabularum legem secutus videtur. Itaque simplex & simile jus introduxit in filiis utriusque sexus, cæterisque per virilem sexum descendantibus, non solum natis, verum etiam posthumis; neque solum suis, sed & emancipatis: & jussit, five sui sunt filii, five emancipata-

*S. Emancipato.*

*S. Adoptivi.*

*S. Sed habet quidem.*

cipati, nisi scribantur heredes, nominatim ipsos exheredes fieri: præteriti enim consimiliter infirmant ex ipso scriptura testamentum, sive sui sint, sive emancipiati; sive jam nati, aut etiam posthumi postea nascantur. Super adoptivis filiis certam quampiam observationem induxit in alia sua constitutione divus noster Imperator, quam posuit circa adoptivos.

Miles degens in expeditione testatus, suos liberos jam natos vel posthumos, neque heredes instituit, neque nominatim hexeredavit; sed præteritionis nota affecit: Quærimus an valeat ejus testamentum? Et dicimus: si quidem sciebat sibi esse liberos, & eorum mentionem non fecit: silentium pro nominatim facta exheredatione accipi, ut cautum est imperatoriis constitutionibus, & ejus testamentum valere. Si vero ignorabat, ipso jure irritum est ejus testamentum.

Mater, aut avus maternus testantes non habent necesse filios suos heredes facere vel exheredes, sed possunt eos silentio omittere: silentium enim matris, aut avi materni tantum vallet, quantum patris exheredatio. Neque enim mater filium filiamve; neque avus nepotem neptemve ex filia coguntur scribere heredes, aut exheredare: Itaque præteriti neque jure civili juvantur, neque prætor dat eis contratabulas possessionem. Hæc enim in suis tractantur, non in his, qui desinunt esse sui. Erat igitur eis aliud subsidium, quod paulo post dicemus.

#### T I T. XIV.

##### *De heredibus instituendis.*

Post doctrinam, quam super filiorum institutione, & exheredatione posuimus, necessariu[m] dicere, quot alias personas possumus heredes instituere, tam servos, quam liberos, & non solum nostros servos, verum etiam alienos. Sed nostros quidem servos olim quidem de complurium jurisprudentium sententia non aliter quam cum libertate instituere licebat. Hodie vero & sine libertate servi institutio valet ex nostri Imperatoris constitutione, quæ & sine libertate institutos eos sine impedimento vocat ad hereditatem. Id autem non per innovationem aliquam ejus constitutio introduxit, sed secuta jurisprudentium sententiam. Atilicinus enim Jurisconsultus admisit & sine libertate servi institutionem recte fieri, ut resert Paulus prudentissimus, tam in suis ad Massuriū Sabinū libris, quam in his, quos scripsit ad Plautium. Noster autem servus intelligitur & ille, cuius usufructu alii concessio, nudam in eo habemus proprietatem.

§. Est autem. Est autem invenire admirabilem casum, in quo quis servum neque cum libertate heredem firmiter instituit: id divorum Severi & Antonini sanctione cavetur. Postulavit quidam Titiam adulterii cum Sticho servo suo commissi. Judicio nondum peracto, dicta Titia moriens eundem Stichum cum libertate heredem instituit. Post ejus mortem quæstio exorta est,

valeat ne institutio. Et iidem divi Imperatores rescriperunt, servum adulterii reum non firmiter testamento manumitti ante finem judicij ab ea ipsis domina, quæ quasi subiecta eidem criminis postulatur. Ergo institutio hujusmodi servi nullius est momenti.

Quoniam autem diximus, nos etiam alienum servum recte instituere heredem, debes scire etiam illum esse alienum, in quo testator habebat usumfructum. Cum vero servum meum heredem instituero cum libertate, & tunc libertate (non enim resert, sicut dictum est) si quidem subest dominio meo, liber fiet, & necessarius meus heres. Sin vero supervivens testamento eum manumisero, voluntarius fiet heres pro arbitratu, potens vel adire hereditatem, vel non adire. Necessarius enim esse non potest, ut qui utrumque non possit habere ex domini testamento, id est, hereditatem & libertatem. Si vero non manumisero eum, sed alieno: iussu novi domini adiens hereditatem illi acquirit. Ipse enim alienatus non manens sub meo dominio, neque liber, neque heres esse potest, licet cum libertate sit institutus: videtur enim dominus a libertatis datione destituisse, quatenus eum alienavit. Hæc quidem in nostro seruo. Si autem alienum servum instituam heredem, si quidem manet apud ipsum dominium iussu ejus adiens, hereditatem ei acquirit. Si vero alienatus fuerit vivo testatore, aut etiam post mortem, ante quam adeat iussu ejus: tunc de mandato novi domini adire poterit. At si vivo testatore fuit a suo domino manumisitus servus, aut etiam post mortem ante aditionem: ut liber factus suo arbitrio adibit.

Habe hæc tanquam in prævisione. Quarum rerum dominos possumus heredes scribere, harum & servos: nam servus personæ vicem non sustinens ex suo domino denotatur. His prævisis, quod reliquum est, specta. Titius servum habebat Stichum nomine. Hunc ego Stichum heredem institui his verbis: Esto mihi heres Stichus post mortem Titii sui domini: Quærimus nunquid testamentum irritum sit, quoniam Titius defunctus non est in rerum natura, ita ut ex ipso servus denotetur. Sed placuit, ut testamenti institutio firma sit. Et ut non supervivat Titius olim ejus dominus: tamen hereditati subest incorporali, & hereditarius est servus; & cum hereditariis servis habemus testamenti factionem. Hereditas enim nondum adita personam sustinere videtur defuncti, non futuri heredis. Hoc autem verum esse, inde patet. Si quis deceperit, relicto filio posthumo: defuncti servum recte possum instituere heredem, posthumo etiam nondum nato; veruntamen alienum posthumum (alierus autem est qui nascens non est mihi suus) non concedunt mihi veteres instituere heredem. Si tamen incorporalis hereditas personam sustineret futuri heridis, non recte hereditarius servus in præsenti casu heres institueretur. Obtinebant multi dominium unius servi. Possum hunc instituere heredem: & dummodo cum omnibus habeam te.

§. Alienas.

§. Servus autem a domino.

§. Alienus quoque.

§. Servus autem.

§. Servus.

**§. Et a-**  
testamenti factionem, pro parte dominica unicuique mea acquiretur hereditas.

**§. Hæredi-**  
tias: Possum & unum & multos & in infinitum scribere heredes. Hereditas plerunque dividitur in XII. uncias: quæ tota assis appellatione continetur: Habet autem in se has partes, quæ propria habent nomina ab uncia usque ad ipsum assem. Sunt autem hac: Uncia, duodecima pars hereditatis: Sextans, hoc est duæ unciae, quæ est sexta pars. Quadrans, pars quarta, quæ sunt tres unciae: Triens, tertia, quæ facit quatuor uncias: Quincunx, tertia assis & duodecima, quæ facit quinque uncias: Semis, dimidia, quæ facit sex uncias. Septunx, dimidia & duodecima, quæ facit VII. uncias: Bes, duæ tertiae, id est octo unciae: Dodrans, duæ tertiae & duodecima, quæ facit novem uncias: Dextans, duæ tertiae & sexta, quæ facit X. uncias: Deunx, duæ tertiae & quarta, quæ facit XI. uncias: As, XII. unciae. Non semper autem in XII. uncias dividi patrimonium oportet, de quo aliquis testatur: tot enim unciae assem efficiunt, quot testator voluerit. Siquis unum instituerit heredem, verbi gratia, in semissim: totus as erit in semisse. Neque enim dicimus scriptum quidem sex uncias capere, reliquos autem ab intestato alterum semissim. Paganus enim eodem jure ex testamento & ab intestato heredem instituire non potest. Miles autem maxime: jus enim ipsis est in testamentis voluntas, quæcumque sit. Itaque si miles testans dixerit: Esto meus heres in tres uncias: qui succedunt ab intestato novem accipiunt. Potest autem quis testans in pauciores uncias assem contrahere, & in plures eum extendere. Sicut potest dicere. Ille esto mihi heres in octo uncias, & ille in septem.

**§. Si plu-**  
res. Si plures heredes instituam, & velim eos æquis partibus mea bona suscipere: sufficit sine parte eos instituere dicendo: ille, & ille, & ille sint mei heredes: ubi enim uncias non nominavero, æqua portio eis accedit. Si vero ex partibus inæqualibus eos heredes esse velim: tunc ex certa parte scribere oportet, & dicere: Ille in quatuor, ille in sex uncias heredes sint. Quid autem quod, scriptis pluribus heredibus, in aliquibus quidem certas uncias pronunciavi, unum autem sine parte institui: institutus sine parte quantum capiet? Dicimus, siquidem quicquam assi desit: forte enim Primum institui heredem in Quinque uncias, Secundum in tres. Tertium in duas; tum addidi. Quartus sit meus heres. Vel sic; Quartus & Quintus & Sextus sint mihi heredes. Tunc dicimus unum, vel etiam tres scriptos sine parte venire heredes in sextante. Si vero præveni, ut consumperim assem in tres: uno quidem in sex uncias, altero autem in quatuor, tertio vero in duas heredibus institutis: deinde unum aut plures sine parte super induxi: tunc (quoniam nihil est reliquum assis, in quod possint venire instituti sine parte) dimidium illi, illisve dabitur, qui fuerint instituti sine parte, ut videatur testator in viginti & quatuor uncias testatus

esse. Ergo heres sine parte, vel quod assis reliquum est, vel dimidium accipit. Nec interest, primum ne scriptus sit sine parte, an novissimus, an in medio omnium: ubique enim idem erit effectus. Plures institui heredes ex certa parte, neque consumpsi in eos alsem, sed adhuc aliquid deerat. Id quod reliquum est, ad quem pertinebit? Dicendum est tacite reliquum scriptis heredibus accrescere. Velut tres institui heredes ex ternis unciis, ut reliquæ sint alias tres unciae. Haec tres unciae tacite unicuique scriptorum pro parte hereditaria accrescent; & inveniuntur deinceps ex effectu unusquisque, velut scriptus in quatuor uncias, quasi unoquoque in trientem instituto. Quod si contra, plures heredes instituere ex certa parte, & in scriptis ex certa parte duodecim uncias transcedi: unicuique tacite decrescit. Veluti, quatuor heredes institui ex triente. Jus ab unoquoque unciam æqualiter auferit, & cum effetu inveniuntur habentes æqualiter quadrantem.

Institui plures heredes ex certa parte, & supergreffus sum duodecim uncias; apposui autem & alium sine parte. Is quantum capiet? Dicimus, quantum dupondio deest. Velut dixi sic: Primus sit meus heres in quincuncem, Secundus in semissim, Tertius in bessem; sit autem & Quartus heres. Respondemus quartum reliquas quinque uncias accipere, deinceps enim & novem unciae scriptis ex certa parte reliquæ sunt. Idem est, & si dupondium in tres consumpsi, & postea superinduxi aliquem sine parte. Unum is capiet assem, ut sint omnes unciae triginta sex: & vigintiquatuor, vel triginta sex uncias possum in unum assem redigere.

**§. Hæres.** Heredem & pure, & sub conditione possumus instituere. Pure quidem: Esto mihi ille heres; Sub conditione autem: Sit mihi ille heres, si navis ex Asia venerit. Ad certum tempus, vel ex certo tempore non recte scribitur quicquam heres. Velut, sit mihi ille heres quinquennio postquam ego moriar, a Calendis Januariis. Vel sic: sit ille meus heres usque ad Calendas Januarias: Omissio enim tempore, a Calendis, vel usque ad Calendas, sic erit instituit, ut pure facta.

Institui aliquem heredem sub impossibili conditione dicens: Sit ille mihi heres, si mare biberit. Vel etiam legatum sub tali conditione reliqui alicui, vel fideicommissum, vel libertatem servo. Aufertur impossibilis conditio & pro non scripta habetur, & relicta heredi pura efficiuntur. Heredem quandam institui sub pluribus conditionibus. Quærimus an oporteat expectare, donec omnes impletæ sint. Et dicimus, siquidem conjunctim scriptæ sunt: velut, cum dixi: Sit ille heres, si ascenderit in capitolium, & si navis ex Asia venerit, & quidam factus sit consul: oportet omnium exitum expectare. Si vero separatim & disjunctim hæc scripsi dicens: Sit ille heres, si ascenderit in capitolium, vel si dederit Titio X. solidos: utramvis ipsarum implens fiet heres.

**§. Hi, quos.** Illos quoque firmiter heredes aliquis scribit, quos nunquam vidit. Velut, habebat quis fratrem in peregrina terra agentem; is liberos procreavit. Potest fratri filios, quos nunquam vidit, recte scribere heredes: ignorantia enim testatoris circa heredem institutionem non infirmat.

## T I T. XV.

### *De vulgari substitutione.*

**P**otest etiam testator instituere, & substituere, & (ut paucis expediam) plures gradus heredum facere. Gradus autem heredum dicitur totum habens assem. Licet enim nobis sic testari: Sit primus heres. Si autem non fuerit Primus heres; sit secundus. Quod si secundus non fuerit, sit Tertius. Tertio non extante, sit Quartus: & sic substituere possumus in infinitum. Et novissimo loco five gradu tanquam in ultimum subsidium servum nostrum possumus instituere: ut si contigerit omnes recusare, servus heres fiat necessarius. Possumus autem uni unum substituere, & uni plures, & unum pluribus, & pluribus plures. Uni unum: Velut, sit mihi Primus heres; si autem non fuerit primus, sit secundus. Uni plures sic: sit mihi Primus heres. Si autem non fuerit: Secundus & Tertius sint mihi heredes. Plurimis unum substituimus hoc modo. Primus & secundus sint mihi heredes. Si autem non fuerint: Tertius sit mihi heres. Et plures pluribus, ut Primus & Secundus sint mihi heredes. Si autem non fuerint: Tertius & Quartus sint. Possumus & invicem heredes substituere. Veluti; Sit mihi heres Primus in semissem, & Secundus in semissem. Si autem non fuerit primus, sit secundus etiam in ejus partem. Si autem Secundus non adierit, substituatur primus in secundi partem.

**§. Et si ex disparibus.** Si vero & ex disparibus partibus heredes seriptos invicem substituerit, hunc quidem in septem, illum autem in quinque, nulla partium in substitutione mentione facta: tantum capiet substitutus, quantum erat capturus ille, si adiisset, cui ipse fuit substitutus. Nam si acciderit eum adire, qui scriptus fuit in quinque uncias; illum autem, qui in septem reculare: non est dicendum, primum ex substitutione capturum esse quincuncem, sed septuncem: tot enim secundus adiens erat capturus.

**§. Sed si institutio.** Instituit quis heredes. Primum in semissem, & secundum in alterum tantum, dixitque sic: Si non fuerit secundus heres: sit primus etiam in secundi partem. Si autem non fuerit primus, sit tertius. Severus & Antoninus rescriperunt tertium indistincte posse heredem esse, sive primus solus, sive primus & secundus non fuerunt heredes.

**§. Si servum.** Tuum servum, cum putarem sui juris esse, heredem institui. Substitui autem sic: Quod si mihi non fuerit heres, sit Mævius heres post meam mortem. Jussisti tu servum tuum, quem institui, hereditatem adire. Quærimus nunquid

Tom. II.

sit locus substitutioni? Et dicimus substitutum dimidium accipere. Sed possit quis dicere, oportere substitutum totum accipere. Testator enim dixit: sit meus ille heres; si vero non fuerit, sit Mævius. Igitur hic quoniam institutus, cum servus esset, non poterat heres fieri, oportebat substitutum in totum vocari: Sed ad hoc dicendum est, verba illa. Si heres non erit, si quidem institutus alieni juris est, & hoc novit testator, sic debemus intelligere: Si neque ipse institutus erit heres, neque alium faciet heredem, hoc est non acquirat alii, ut locum habeat tunc substitutio. In instituto autem illo, quem testator putabat esse sui juris, hoc significat verbum, si heres non erit: Si hereditatem sibi, sive illi, cuius postea in potestate esse incipiet, non acquirat: ut substitutio locum habeat in toto. Hic autem quoniam jam alieni juris erat, qui reputatus est esse sui juris, id propter dimidium substitutus accipit. Et hoc rescripsit divus Pius de Parthenio suo servo: Parthenium enim principis servum ratus quidam liberum esse, heredem instituit, facta his verbis substitutione: Si vero Parthenius non erit mihi heres, sit heres Mævius. Et facta est tunc constitutio, ut dimidium quidem hereditatis per Parthenium principi acquireretur; in alterum vero dimidium Mævius substitutus vocaretur.

## T I T. XVI.

### *De pupillari substitutione.*

**P**ossamus non solum extraneis heredibus institutis substituere, verum etiam nostris liberis his verbis. Ille filius sit meus heres. Si autem non erit, sit ille heres: & dicitur hæc vulgaris substitutio, competit enim omnibus tam extraneis, quam liberis. Sed in extraneo quidem plures sunt casus, in quibus substitutioni locus esse potest: velut, si institutus ante deceperit, quam testator; vel repudiaverit hereditatem; vel eo sub conditione instituto, deficit conditio. In filio vero locus est substitutioni uno in casu: velut si deceperit is, qui in potestate est, ante quam pater testator. Nam si deceperit pater prius quam filius, substitutio nulla est: existit enim statim heres patri, neque dum abstinet se, deponit heredis nomen. Incorporale enim nomen hereditatis, semel uni affixum difficile ad alium transit. Est & alia substitutio, quæ procedit in nostris filiis: & non solum in filiis, verum etiam in his, quos habemus in potestate: & non solum in his, qui sunt in nostra potestate; verum etiam suis impuberibus. Quæ pupillaris dicitur ex astate, in qua tractatur. Et possumus pupillarem substitutionem facere hoc modo: Sit filius meus heres. Si vero institutus heres deceperit impubes: ille ei sit heres. Et si filius heres factus deceperit impubes, locus est substitutioni. Licet autem & vulgarem pupillari admiscere, & eam facere, quæ dicitur vulgari

S s s

pu-

pupillaris, sic: Sit heres meus filius, si autem non erit (quod proprium est vulgaris) vel adhuc impubes deceperit (quod proprium est pupillaris substitutionis) ille sit meus heres. Quid dicas? mortuus est ante filius quam pater: ex prioribus verbis substitutus accedit, & sit heres patris, non autem filii mortui. Sed si pater premortuus est, demonstratus autem heres filius decepsit impubes: locus est pupillari substitutioni ex posterioribus verbis: fitque substitutus heres non patris, sed mortui filii. Hoc autem, quod pupillaris substitutionis est, non a speciali jure introductum est, sed ex non scripta consuetudine. Nam quia pupilli non poterant testari, pro ipsis patres testamenta condere justum est existimatum.

§. Quaratione.

Hujusmodi motus ratione divus noster Imperator constitutionem promulgavit, quam & in suo codice ponit, qua tali calvi proflexit. Inquit enim: si quis mentecaptos habeat filios, vel nepotes, vel pronepotes cujuscunque sexus vel gradus, liceat ei, & si puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis certas personas substituere: si quidem contigerit tales filios in dementiae morbo mori. Sin autem resipuerint: infirmari jussit substitutionem. Et hoc ad exemplum pupillaris substitutionis, quae simul ac pupillus adoleverit, infirmatur.

§. Igitur.

In quo autem secundum traditum modum pupillaris substitutione constituta est, duo quodammodo sunt testamenta: unum quod a patre in filium, alterum autem a filio in substitutum, tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset. Vel potius (si verum dicere oportet) unum quidem est testamentum; duas autem hereditates: una quidem a patre in filium derivata, altera autem a filio veniens in substitutum. Quaecunque enim filius suscepit a patre vel & ipse superacquisivit post patris mortem, transeunt ad substitutum. Nam quod unum sit testamentum, constat ex testibus, qui VII. soli accipiuntur. Atqui si duo fuissent testamenta, quatuordecim testes adesse oportuisset. Contigit persæpe aliquem substituentem filio pupillariter in extremum timorem devenire, ne quo modo substitutus pupillo, intelligens cum patris morte se pupillo substitutum, insidiatur impuberi: expositus autem est pupillus insidiis ob ætatem infirmam. Si igitur formidolosus pater inveniatur, & velit inde metum evitare: scribens pupillum heredem, vulgarem quidem substitutum statim post pupilli institutionem scribat intrepide, sic enim impuberi non poterit insidiari: neque patre vivente, quia quæ in testamento scripta sunt, ignorantur: neque post testatoris mortem; quia filius jam patri heres declaratus non dat locum vulgariter substituto. Neque quisquam est, qui velit pupillo insidiari sine lucro. Hæc quidem de vulgaris. Pupillarem vero substitutionem si quis velit constituere, dicat hoc modo: filius meus sit heres; si vero non erit, sit heres meus ille. Et posteaquam reliquerit tutores, legata, fideicommissa, libertates, in inferiori parte testamen-

§. Sin au-  
tem.

ti verba hæc scribat: Si vero filius factus heres impubes deceperit, sit ei ille heres, & hanc partem proprio lino alliget, propria signet cera. In superioribus tamen testamenti partibus verba hæc scribat: nolo inferiorem testamenti partem aperiri, filio meo vivente & adhuc impuberi. Facta enim hac pupillari substitutione, filius insidiis non patietur. Neque enim vivente ipsis patre locus erit insidiis, quia clausum sit totum testamentum: neque post mortem patris, quia quæ scripta sunt in pupillari substitutione, ignorantur. Testans quis ubi impuberem filium heredem scripsit, statim induxit pupillarem substitutionem. Firma est nihilominus substitutione: nisi quod qui sic ordinavit, & illic scripsit substitutionem, ubi sibi filium heredem instituit, periculose quoad filium heredem testari videtur.

Non solum autem heredibus institutis impuberibus liberis; pupillariter parientes possunt substituere, sed & exheredatis. Ergo propter potestatem, non quoniam scribuntur heredes, accipiunt pupillarem substitutionem: ideo & exheredatis liberis recte substituimus. Sed possit quis dicere: quid capiet exheredati pupilli substitutus? Dicimus, si quid pupillo contigerit acquirere ab hereditate, vel legatis, vel donationibus cognatorum aut paternorum amicorum, hoc omnem venturum esse ad substitutum. Quæcumque dicta sunt de substitutione impuberum liberorum institutorum heredum, vel exheredatorum, eadem etiam de posthumis dicamus. Possumus enim posthumis vulgariter substituere sic: sit posthumus meus heres. Si vero non erit, sit meus heres ille. Non est autem, si non sit natus, vel natus decedat ante, quam pater. Potest autem & pupillariter sic: Sit posthumus meus heres. Si vero impubes deceperit, sit ejus ille heres: & consequenter prædictis vulgaris pupillare in eo facimus substitutionem.

§. Non so-  
lum.

Hæc nunc prævidenda sunt. Pars illa testamenti, qua pater sibi heredes instituit, dicitur principalis, pars autem illa, qua filio impuberi substituit, pupillaris. Et a principali pendet pupillaris, & ab ea accipit firmatatem. His præcognitis, quod restat videndum est. Diximus posse nos nostris impuberibus liberis substituere; sed tunc intellige, quando nobis ipsis heredes instituimus, hoc est, cum condimus partem principalem: Hac enim non facta, pupillaris non habet unde confirmetur. Pars enim & quasi sequela principalis est pupillaris. Sequela autem inveniri non potest, principio non existente. Adeo autem inde corroboratur pupillaris, ut principali infirma neque pupillaris firma sit. Fac enim propria manu non scriptum esse ipsum heredis nomen in principali. Nulla utilitas fuerit hoc facere in pupillari, principali non valente. Possumus, cum plures impuberis liberos habemus, unicuique pupillariter substituere, vel etiam novissimo impuberi morienti. Sed si quidem nullum impuberum liberorum velim mori intestatum: singulis propriæ substituto. Si vero successionem ab intestato inter li-

§. Liberis  
autem.

§. Vel sin-  
galis.

**§. Subst.  
titut.** beros servari velim: tunc novissimo impuberi morienti substituo alium aliquem extraneum. Et si quidem alii deceperint: vivi fratres habebunt ab intestato hereditatem. Si vero unus ex ipsis novissimus impubes obierit, tunc substitutus accedet.

Possum autem substituere impuberi nominatim dicendo: Si filius meus institutus heres impubes deceperit, Tertius sit ejus heres. Possum & generaliter ei substituere. Ut, plures institui heredes post filium meum; vel pluribus institutis heredibus, filium exheredavi. Possum generaliter sic substituere: Si quis mihi patri erit heres, sit substitutus impuberis morientis filii mei. Per quæ verba ex substitutione in impuberis bona venient & qui scripti sunt heredes, & extiterunt. Nam si scripti principalem recuaverint: non accipient bona ex pupillari substitutione. Dividuntur autem pupilli bona pro parte hereditaria, hoc est, in quantum quisque patri succedit.

**§. Maf-  
culo.** Et masculis quidem liberis usque ad quatuordecim annos licet substituere; foeminis autem usque ad XII. Hanc statem si exceperint, substitutio extinguitur.

**§. Extra-  
re.** Extraneo autem vel etiam puberi filio heredibus institutis nemo substituit ad imitationem impuberum filiorum dicens. Ille sit mihi heres. Si vero factus heres deceperit, verbi gratia, ante XXX. annum, sit ejus heres ille. Sed hoc solum permisum est nobis facere, ut scribentes heredem aliquem possimus per fideicommissum eum obligare, ut alii hereditatem restituat, vel totam, vel pro parte. Fideicommissi vero jus qualem habeat effectum, suo loco tradetur.

## T I T. XVII.

### *Quibus modis testamenta infirmantur.*

**D**icimus quo modo fiunt jure testamenta. Sed si quid ex his, quæ diligentiam requirunt, omissum fuerit: dicitur testamentum non jure civili factum, vel (ut breviter dicam) injustum. Contemptus enim est forsitan legitimus testium numerus vel a jure definitus; vel adfuerunt quidem septem, sed non omnes subscripterunt; vel & omnes quidem subscripterunt, sed non signaverunt; vel hæc quidem fecerunt, testator vero sua manu heredis nomen non scripsit; neque quidem coram testibus nominavit futurum sibi successorem; vel liberos quidem habens suos, neque heredes hos fecit, neque exheredatos. In his omnibus dicitur testamentum non jure civili factum. Si vero nihil horum contemptum est: neque sic omnino usque ad finem robur inerit testamento: nam ruptum fit, vel irritum. Rumpitur autem hoc modo: Testatus est quis recte; non manente testatore in eodem statu, testamenti jus vitiatur. Si quis enim post conditum testamentum aliquem adoptaverit, vel sui juris apud Imperatorem; vel alieni apud Magistratum secundum ea, quæ dicta sunt in constitutione clementissimi nostri

Imperatoris, hoc est, quando avus adoptat, tunc enim adoptio manifestat sua jura: factum testamentum novi sui adgnatione tanquam si posthumus natus esset, rumpitur.

**§. Poste-  
riore.** Etiam alterum testamentum jure perfectum potest superius rumpere, sive extitit aliquis heres ex eo, sive non extitit, poterat autem omnino existere. Hoc enim solum spectamus, si quo casu potuit heres existere. Et quo modo potens quis heres existere non extitit? Fac institutum heredem in posteriore testamento repudiasse, vel vivente testatore decessisse, vel post ejus mortem ante additionem, vel sub conditione institutum esse, & conditionem defecisse. His in casibus contingit testatorem factis duobus testamentis intestatum mori: priore quidem rupto alterius factione; posteriore autem infirmato, quia nemo inde heres extiterit.

**§. Sed &  
si quis.** Testans aliquis instituit primum heredem: post aliquod tempus fecit alterum testamentum, quod & ipsum jure perfectum, secundo herede instituto sic: sit secundus heres in hac & in hac re; nihilominus & sic primum frangitur testamentum: Neque enim quod ex certa parte institutus est secundus in secundo testamento, infirmat institutionem. Et hoc divi Severus & Antoninus rescriperunt. Cujus constitutionis verba sunt hæc: neque enim absurdum, ipsorum meminisse, quia & aliud quiddam utile ex ipsis potest significari. Testatus quidam, & pluribus institutis heredibus, in altero testamento alium ex certa parte heredem instituit: addens nihilominus velle prius testamentum valere. Hoc mortuo, venit res ad Severum & Antoninum. Et ita rescriperunt Coccejo Campano: Testamentum quidem secundo loco factum, & si in certis rebus institutus est aliquis in eo heres, tamen evertit prius: perinde ac si sine rerum mentione in secundo testamento institutio facta esset. Jusserunt autem heredem quidem esse institutum in secundo testamento; sed teneri institutis heredibus in priore testamento ad hereditatis restitutionem, contentum rebus, in quas ipse scriptus est heres. Et si hæc sibi relicta non faciunt Falcidiam, tamen oportet illi supplere, quod deest quartæ. Hujus autem rei causa sunt verba in secundo testamento scripta, in quibus constat prius testamentum valere. Rupti igitur testamenti vitium pluribus modis contingit: Posthumi enim præteriti nativitas, & novus suus adgnatus, & alterius testamenti factio rumpit testamentum. Sed hæc quidem de rupti vitio. Ipsum etiam irriti vitium dissolvit factum testamentum; veluti, cum testatus, capite sit diminutus. Id quibus modis fiat, primo retulimus Institutionum Libro. Si enim testator sustinuerit magnam capitum diminutionem, & factus sit servus; vel medianus, & civitate exciderit; vel minimus, & factus sit alieni juris dando se in arrogationem: irritum fit testamentum. Ergo, ut jam dictum est, tria vitia turbant testamenta. Non jure civili factum, ruptum, irritum. Possimus autem & irritum

**§. Alio  
autem modo.**

*ruptum vocare, & ruptum irritum: & quod a principio non jure factum est testamentum, irritum vocare possumus, & indifferenter his utimur nominibus.* Propterea autem proprie unicuique vitio appellationem propriam excogitavimus, ut ex propriis nominibus cognito subjacente vitio, possumus hoc effugere.

§. Non  
tamen.

Sed dicta quidem tria vitia civile evertunt testamentum; prætorum autem non attingunt. Vitium enim non jure civili facti fatuum est dicere in prætorio: Neque rupti vitium dissolvit ipsum, neque quidem irriti, si contigerit testatorem effugere, quam substituit capitis diminutionem. Prætor enim duo tempora inquirit, & factionis testamenti, & mortis. Et si invenerit eum utroque tempore habentem testamenti factionem, firmum jubet esse ejus testamentum, de medio tempore non solitus, sive civitatem sive libertatem perdiderit: Omnino enim quia septem testium inerant signa, & in utroque tempore testamenti factionem habebat defunctus, (nam & Romanus erat & sui juris) dat scripto heredi secundum tabulas possessionem. Si tamen decesserit in capitis diminutione, cum se dederit in arrogationem, ut mortuus sit, priusquam fieret sui juris: tunc & ipse prætor agnoscit irritum testamentum, neque concedit scripto secundum tabulas possessionem.

§. Ex eo  
autem solo.

Testatus quis & supervivens factioni testamenti dixit, nolo ipsum valere. Ex his solum verbis infirmum non redditur testamentum, quæ enim jure sunt, jure subverti debent. Quin etiam post factum testamentum cœpit quis alterum facere testamentum, & inter fiduciam mortuus est, aut etiam ductus poenitentia non perfecit. Extat divi Pertinacis constitutio, firmum jubens esse prius testamentum. Dicit enim non aliter jure factum prius testamentum ab altero infirmari, quam si jure factum fuerit & alterum: imperfectum enim testamentum invalidum est sine dubio.

§. Eadem.

Eadem constitutione & illud continetur, non oportere hujusmodi institutionem valere, ubi quis quia litem habeat adversus aliquem, principem instituit heredem: neque firma vocat talia testamenta. Sed neque sine scriptis factam in principem institutionem admicxit: neque dicit se commissurum, ut quicquam accipiat ex scriptura, tanquam ex ultima voluntate, nisi adsit ei plena juris auctoritas. Hujusmodi constitutionem divi Severus & Antoninus sape fecuti rescriperunt: et si legibus non subjacemus (inquit) tamen secundum leges vivimus: quam vocem tam divinam oportet admirari, & in ore habere.

### T I T. XVIII.

#### De inofficio testamento.

**D**iximus in precedentibus posse ascendentibus testatores non instituere heredes descendentes, sed exheredare, vel præteritionis

contumelia afficere, in quibus prætorio pro exheredatione accipitur. Sed quoniam parentes natæ hanc licentiam iuis nocebant filiis, relinquentes eos in paupertate: nam si quis ascendentium per masculinam lineam esset, qui filium exheredasset, neque ipso jure invalidum erat testamentum, neque ab intestato filius adire poterat: qui enim posset, testamento existente? neque a prætore contra tabulas habebat, præteritis enim, non autem exheredatis hæc dabatur. Si vero mater esset testans, descendentiibus per matrem neque cogitare de contra tabulas possessione licebat; namque adversus testamentum fœminæ filii non datur bonorum possesso contra tabulas. Pro ultimo igitur subsidio inventum est, ut filii de inofficio accusent, dicantque injuste se exheredatos esse, vel præteritos sub hoc colore; quasi furiosus fuerit defunctus, quando condidit testamentum. Quod a filiis dicitur, non quod revera mortuus insanierit; sed quia eti reste quidem factum est testamentum, non tamen ut pietas ratio postulabat; nam si revera insanisset, non potuisset testari, vel magis insanire ideo putandus est, quia naturam odit sine ratione. Non solum autem filiis permisum est, parentum testamentum, quasi non convenienter factum accusare; sed & parentibus liberum est, filiorum testamentum accusare. Soror autem & frater evertunt tuac mortui testamentum, quasi scriptis a jure præpositi, quando turpem scripti personam sustinent; veluti aurigæ, mimi, arenarii, & ex turpi re cogniti. Hoc enim divinis cautum est constitutionibus. Ergo ascendentibus & descendentiibus: dummodo non extiterint ingratiani in mortuum, contra omnem scriptum querelam movebunt de inofficio; frater autem & soror contra turpes tantum personas. Ultra autem fratrem, sororemve cognati nullum habent ingressum ad actionem de inofficio, sed si tentaverint, convincentur.

Liberi autem movent de inofficio tam naturales, quam adoptivi, secundum ea, que dicta sunt in nostri principis constitutione. Tunc autem moventes quæ est de inofficio, hac firmiter utentur, quando omni subsidio caruerint: ultimum enim est subsidium actio de inofficio. Non enim alio jure abundans, per quod possit totam defuncti substantiam, vel ejus partem accipere, potest transire ad agendum de inofficio, quod non solum de natis filiis, verum etiam de posthumis intelligi oportet.

Hæc autem sic accipimus, si nihil ipsis omnino a mortuo reliquum est, quod ex divi nostri Imperatoris constitutione introductum est servantis naturæ convenientem verecundiam. Olim enim nisi totum, quod debebatur, reliquum esset: locus erat actioni de inofficio. Veluti, CD. solidorum substantiam quis habebat: oportebat eum cinquaino centum relinquere, hoc est quartam substantiæ, ut non ageretur de inofficio. Hodie autem vel si unus solidus exheredato, aut quantacunque pars here-

§. Tamen.  
autem.

§. Sed hec.

héreditatis reliqua sit, aut etiam qualisunque res: celiat accusatio ex actione de inofficio, constitutione supplente quod deest quartae partis ab intestato; etiam si testator non adscriperit sua manu velle se, ut si quid quartae deesse inventum fuerit, hoc suppleretur arbitratu boni viri: Hoc enim licet non additum, ipla constitutio naturaliter admittit, vel quasi naturae competens.

§. Si tutor,

Si quis amplectatur patris voluntatem, non potest hanc evertere per actionem de inofficio. Unde specta, quodnam quæsum est. Filius, quem ego habebam in potestate, erat tutor cuiusdam pupilli. Moriens ego eum, qui mei juris erat, exheredavi, alio instituto herede; & legatum pupillo reliqui, cuius ille erat tutor. Repetivit legatum meus filius pupillo relictum: postea vult agere de inofficio tanquam nihil habens ex paterna substantia: utrum potest; an ex eo impeditur, quod cognita defuncti voluntate hoc idem legatum petivit? Et dicimus nullum eum sustinere præjudicium, quoniam tutelare quoddam officium implens legatum accepit. Ergo recte suo nomine actionem de inofficio intentabit. Et e contrario hoc queritur, Habebam ego impuberem filium mei juris; eum impuberem alio instituto herede exheredavi nihil ei relinquens. Legavi autem Titio cuidam solidos CC.: quem ego testamentarium tutorem impuberi reliqui, vel magistratus dedit, vel etiam fortassis a jure vocatus est. Movit Titius impuberis nomine actionem de inofficio, & superatus est, quod forsan impubes recte exheredatus inveniatur. Postea Titius procedit contra scriptum heredem legatum petens, quod sibi relictum est: id sine dubio accipiet.

§. Igitur,

Excludit autem actionem de inofficio quarta relata heredi ab intestato vel in legato, vel in fideicommito, vel in mortis causa donatione. Donatio autem inter vivos non adnumeratur, nisi quando in hoc data sit: ut in illis casibus, quorum meminit divi nostri Imperatoris constitutio; & aliis modis, qui continentur in antiquo jure. Et divalibus tamen constitutionibus si quarta filio dabatur, actio de inofficio cessat. Et si quidem unus sit filius, quartam ipsi oportet me relinquere propriæ substantiæ. Si vero duo sint, aut plures: quarta omnibus relata pro rata et ex æquo, tacere facit actionem de inofficio; velut, duo sunt: oportet singulis relinquere unam unciam aequaliter & dimidiam. Si vero tres sint: oportet relinquere singulis unam unciam.

### T I T. XIX.

#### *De heredum qualitate & differentia.*

**H**eres nomen est generale, quod in tria dividitur: heredes enim aut necessarii dicuntur, aut sui necessarii, aut extranei. Quis autem est necessarius? servus heres institutus, ideo sic nominatus, quia velit, nolit, omnino

post mortem domini statim liber fit, & necessarius heres. Itaque qui suspectas habent suas facultates, & cogitant neminem toleraturum propter exiguitatem suam accipere substantiam, consueverunt suum servum primo, aut secundo, aut tertio gradu, aut etiam ulteriori heredem instituere; velut, Stichus meus servus sit heres. Ecce in primo gradu: Vel in secundo sic; Sit primus heres, si vero non erit, sit Stichus meus servus heres; vel etiam ulterius. Postea igitur nullo sustinente adire hereditatem, de necessitate Stichus veniet, & fiet heres, & si non solvantur creditoribus defuncti debita, neque satiis eis fiat in debitis; manet quidem contumelia liber defunctus; hereditas autem venditur, illis jam non dicentibus hujus defuncti res vendi, sed Stichi heredis. Positi autem creditores in possessione eas aut distrahit, aut inter se dividunt. Mercedem autem talis contumelias habebit servus, primum quidem libertatem, qua nihil pretiosius. Deinde & illud ei accedit, ut quæcumque post mortem sui patroni sibi Stichus acquisiverit ex aliis causis, quam ex occasione hereditatis, ipsi reserventur, & non turbentur a creditoribus, etiam si defuncti substantia non sufficeret implere debita. Et hi quidem sunt necessarii.

Sui autem necessarii qui sint, inspiciamus. Sui necessarii sunt: velut, filius filia, nepos neptis, liberi ex filio & deinceps cæteri, qui sunt in potestate mortis tempore. Sed filius quidem & filia habent apud se omnino jus suorum. Nepos autem & neptis non solum etsi fuerint in avi mortui potestate, non habent jus sui; sed opus est eis ad acquirendum, sive desilie ipsorum patrem, ex quo geniti sunt, in potestate esse sui patris; morte forsan aut emancipatione, vel alio qualicunque modo liberatum esse a potestate. Tunc enim nepos, neptis in suis patris locum reddit. Et sui quidem propterea appellantur, quia domestici heredes sunt, hoc est, etiam vivo patre quodammodo domini existimantur: unde & XII. tabularum Lex primam eis dedit vocacionem ordinans jura successoris ab intestato. Et sui quidem heredes ob dictas causas dicuntur. Necessarii autem, quia omnino velint, nolint, tam ab intestato, quam ex testamento sunt heredes. Sed secundum quidem civile jus nulla differentia intercedit inter necessarium, & suum necessarium. Prætor autem spectans ad jus naturale dat eis licentiam abstinendi se a paterna hereditate, ex quo hanc suspectam putant. Ex duabus enim ingenuis potius est contumelia afficere mortuum, quam viventem & sentientem exinde ignominiam. Ipso igitur abstinente, bona mortui accipient creditores, sed non sub filii nomine.

Extranei autem sunt omnes præter hos: ut simpliciter dicam, quicunque non subjecti fuerunt mortui potestati: unde & nostri filii emancipati extranei vocabuntur, & filius matri extraneus vocabitur, & fiet heres: foemina enim filios in potestate habere non potest. Testans quidam suum servum heredem instituit. Supervivens te-

§. Si au-  
tem.

§. Ceteri.

§. In extraneis.

testamenti factioni, vindicta hunc manumisit, & mortuus est testamento non mutato: quærimus, institutus heres utrum necessarius sit, an extraneus. Dicimusque eum esse extraneum, quoniam duo ex mortui testamento ad eum accedunt, hoc est libertas, & hereditas. In extraneis autem heredibus illud oportet observare, ut cum eis testamenti factionem habeamus, sive ipsi heredes instituantur, sive hi, qui sunt in eorum potestate. Hanc autem testamenti factionem habere eos requirimus duobus temporibus: quando testamur, ut tunc constet institutio; & quando morimur, ut bene facta institutio bonum habeat effectum. Quod si quis diligenter perscrutabitur, inveniemus & tertium tempus, quo oportet eum habere testamenti factionem, hoc est, quando adit hereditatem: absque ulla differentia, utrum pure institutus sit heres, an cum conditione. Jus enim heredis, hoc est, an possit hereditare, in illo maxime tempore inspicitur, quo oportet hereditatem adire. In medio autem tempore inter testamenti factionem, & testatoris mortem, vel exitum conditionis, ex quo conditionaliter aliquis institutus est heres, jus heredis mutatum nullum ei affert impedimentum ad succedendum. Ergo si contigerit, institutum a me heredem esse civem Romanum, deinde post testamenti factionem civitatem amiserit, & recuperarit ante, quam moriar; sive (ex quo conditionaliter institutus est heres) ante conditionis exitum: non impeditur hereditare. Ergo (hæc enim est collectio sive effectus) tria quærimus tempora, quibus heres testamenti factionem habeat oportet: testamenti factionem, mortem testatoris, tempus aditionis; potissimum autem testamenti factionem & aditionem.

§. Testamenti.

Testamenti autem factionem habere intelligitur non solum qui testari potest, sed etiam qui ex alieno testamento potest accipere, vel alii acquirere, et si maxime hic non potest facere testamentum: Ideo & furiosus, & mutus & pupillus, & infans, & posthumus, & filius-familias, & alienus servus habere dicuntur testamenti factionem. Etsi enim testari non possunt, tamen ex alterius testamento vel sibi, vel alii possunt acquirere. In furioso autem oportet casum ponere, ut a patre sit heres institutus. Si idem ab altero instituatur: quoad resipuerit, neque sibi, neque alii poterit hereditatem acquirere.

§. Extraneus autem.

Extranei autem heredes dicuntur & voluntarii, quibus potestas est adeundi, vel non adeundi hereditatem. Alii vero necessarii dicuntur, qui ad successionem vocentur de necessitate. Neque solum in hoc differentia est; verum etiam in illo, quod succedere hereditati in extraneo quidem dicitur adiutor vel successio; in necessariis autem immixtio: & reicere hereditatem in extraneo quidem dicitur repudatio vel separatio; in necessario autem abstinentia. Sed extraneus quidem repudians perinde est quasi nunquam vocatus fuisse ad hereditatem; suus autem necessarius abstinent, quoniam post

patris mortem statim heres declaratus est, nihilominus nomen heredis retinet, quemadmodum dictum est saepius. Incorporale enim nomen hereditatis, quod alicui semel inhaesit, difficile ad alium transit, nisi quidem prator, abstinentia cognita, a creditoribus ipsi quietem vindicat. Et in his quidem differentiae. In illo autem convenientia: quia sive necessarius immiscuerit se, sive extraneus adierit, non possunt postea abstinere se ab hereditate, nisi utique minores sint XXV. annis. Hominibus enim id aetatis, sicut in reliquis omnibus causis deceptis, ita & hic ex quo temere damnosam suscepient hereditatem, prator succurrat, dans illis in integrum restitutionem, ut hereditatem relinquant. Quid autem si major aliquis XXV. annis divitem esse ratus mortui substantiam, adivit; postea vero alienum a latens emerit, quod plurimo hereditatem excedebat. Extat divi Hadriani constitutio huic subveniens. Nam si primo aspectu hereditas visa est copiosa, latens autem postea a latens apparuit, quod quidem aditionis tempore latebat. Hadrianus quidem ex speciali beneficio certæ personæ talem præbuit veniam. Divus autem Gordianus postea in milites solos talem extendit beneficium.

Nostri autem principis benevolentia communne hoc manentibus sub ejus imperio donavit beneficium. Fecit enim constitutionem nobilemque & justam faciendi inventarium ante aditionem, certas habens observationes: quas si quis observaverit, et si tenuem adivit hereditatem, in tantum tenebitur, in quantum bonorum hereditatis quantitas redigitur: ut deinceps neque creatio sit necessaria. Introduta enim fuit creatio, ut cognosceret prius, adeunda ne sit hereditas, & sic adiret: ut ne quis ex improviso damnosam suscipiat hereditatem. Si quis autem contemptis quæ continentur in divali nostri Principis constitutione, quæsiverit cretionem, & postea hereditatem adiverit, non consequetur auxilium a constitutione, sed universum alatum postulabitur.

Extraneus institutus heres, vel ab intestato tanquam legitimus heres potest pro herede gerere, vel ut heres ministrare, agere, tractare: hoc est, nuda voluntate suscipere hereditatem, & heres fieri. Videtur autem pro herede gerere, qui hereditariis rebus utitur, tanquam dominus, vel in vendendo, vel in colendo prædia, locando. Et simpliciter quoquo modo voluntatem suam declarat aut re, aut verbo de suscipienda hereditate: dummodo noverit utrum pro herede gerat ex testamento, vel ab intestato. Si enim scriptus fuisset heres, adiisset autem tanquam ab intestato vocatus, vel e contrario: non esset heres. Pro herede gerere est pro domino gerere, veteres enim heredis nomine pro domino usi sunt. Sicut autem dicendo nuda voluntate, suscipio hereditatem, fit heres extraneus: ita & contraria destinatio dicendo, non adeo hereditatem, statim ab hereditate repellitur. Mutus, vel surdus natus, vel etiam fatigatus postea ex morbo, non prohibetur pro he-

§. Sed no-  
stra.

§. Item ex-  
traneus.

re-

rede gerere, & acquirere sibi hereditatem: dummodo intelligat se facere hæc hereditatis causa.

## T I T. XX.

## De Legatis.

**P**Ost doctrinam testamentorum necessarium dicere de legatis. Sed possit quis dicere, hoc facientem doctrinæ continuationem dissecare. Propositum enim erat ordine dicere de rebus, quæ nobis per universitatem acquiruntur. Et decens eum, qui dixit de hereditate a testamento veniente inducere statim & de ea, quæ venit ab intestato, & sic deinde per reliqua venire ad legatum, quod specialis est acquisitionis. Sed in promptu est excusatio: Quoniam enim de hereditate, quæ est ex testamento, differimus; in testamento autem etiam legata relinquentur: non extra rationem ullam est, deinceps dicere etiam de legatis.

§. Legatum itaque.

Prius autem definire oportet, quid sit legatum. Legatum est donatio a defuncto relicta. Sed ipsius quidem legati nomen principale est, & quasi materia. Hinc autem procedunt quatuor genera, vindicatio, damnatio, sinendi modus, præceptio. Sunt autem verba quædam certa unicuique legati generi assignata, per quæ genus significatur. Et vindicationis quidem hæc sunt verba: Do huic solidos CC. Hæc autem vindicatio dominum faciebat legatarium una cum heredis aditione, ut ipse posset omni tempore actionem in rem movere; & ideo referebatur & hæc inter speciales actiones, dominium nobis vindicantibus, ut supra prædictimus. Dicebatur autem vindicatio a vindicare, quod est, per actionem in rem tueri aliquid. Damnationis autem verba: Condemno te heres dare huic C. solidos. Acquirebatur autem hinc contra heredem personalis actio, quæ dicitur ex testamento. Sinendi modo autem: Condemno te heres, permittere huic hanc rem accipere: & hinc similiter competebat actio ex testamento. Præceptionis autem verba: Præcipuum ille ex parte heres hanc rem accipito, itaque non rete ei, qui non est heres ex parte, per præceptionem relinquimus. Dicere enim, Romane præcipito, hoc est, præcipuum accipito, indicat se presupponere partem aliquam hereditatis: hoc est, ultra partem, quam ei relinquo, volo eum habere etiam hoc ex electione: requirebatur autem præceptio propter jus familiæ herciscundæ. Sed hæc quidem antiquitus. Constitutio-nes autem juniorum principum sustulerunt verba solemnia, per quæ singula quæque genera significabantur. Edita vero est & divi nostri Imperatoris constitutio, quam cum magna fecit lucubratione, studens validiores firmioresque esse defunctorum voluntates, qua jussit non verbis, sed voluntatibus defunctorum attendere, ut omnibus legatorum generibus una sit natura: & quibuscumque verbi aliquid de- relictum esse contigerit, liceat legatariis id accepere per actiones personales si velint, aut per

in rem, vel per hypothecariam. Multa autem alia, & utilia eadem docet constitutio. Ejus autem perpensam vim discere licet exactius ejus verba legenti.

Sed in his tantum non consistit hæc constitutio, verum etiam quid majus addidit. Cum enim videret legata quidem magna constringi diligentia, in fideicommissis autem, quæ magis fovent testatoris voluntatem, pinguiorem indulgeri naturam: necellarium duxit omnia legata fideicommissis exæquare, ut nihil intersit inter ipsa; sed quod legatis deest, ex fideicommissorum natura suppleatur; vel in quo legatum exuberat, ejus particeps fiat fideicommissum. Sed ut ne confuse & mixtim de legatis & fideicommissis differentes, in ipsis legum primordiis teneriores adhuc juvenum aures difficilioribus doctrinis conturbemus: opera præsum esse duximus per introductionem prius de legatis separatim, & postea de fideicommissis tractare: ut cognita separatim utriusque natura, eruditæ in posterum, habitu jam contracto, subtiliores, & diligentiores intrepide accipient doctrinas.

§. Sed non usque.

Non solum autem res testatoris, vel heredis, sed etiam alienæ legari possunt. Non ut dominus suis rebus privetur: cogitur enim heres convenire dominum, & colloqui de redemptione. Et si quidem non recusarit dominus vendere: heres qui redemit, dat id legatario. Si vero non potuerit, nolente domino: æstimationem rei dabit legatario. Sed si quis moriens tam mihi rem legaverit, cuius commercium non habeo, hoc est, jus eam acquirendi: non solum non expectabo ipsum legatum, sed neque ejus æstimationem petere potero. Quid enim quod legavit mihi quidam campum Martium (locus hic publicus Romæ) vel basilicam, vel templum, vel quæ publicis usibus destinata sunt, veluti spectandi locum, venandi, equitandi? Omnia enim hujusmodi legata irrita sunt. Quod autem paulo ante diximus, posse me alienam rem firmiter legare, tunc intelligamus oportet, quando ego testatus sciam eam esse alienam: si enim ignorabam, nullum est legatum: nam si scisssem rem meam non esse, forsitan eam non legasssem, & hoc divi Pii constitutio continet. Si quis alienam rem mihi legaverit, & heres nolens eam redimere, & dare, aut dare æstimationem, dicat legatum esse invalidum, quia testator ignorabat id esse alienum; Contra ego legatarius insto & repugno, confirmans ipsum esse validum, quia defunctus sciebat rem esse alienam: Uter onus habet probandi, heres dicens ignorasse testatorem, an legatarius scisse eum contendens? Dicimus legatarium onus probandi habere, non heredem cogi ad probandum, legatarius enim cum sit actor jure probandi, onus sustinet.

§. Non solum.

Titius mutuatus a primo oppigneravit ei pro debito suum fundum: moriens Titius prius quam reddiderit debitum, legavit mihi hunc agrum: cogetur heres solvere debitum primo, & pignore liberum ipsum mihi dare. Et hic locum

§. Nostra.

cum habet ipsa distinctio, quæ etiam in præcedenti casu, quando aliena res legata est. Tunc enim cogitur heres dissoluto debito liberare legatum ab hypotheca, quia scivit defunctus rem esse obligatam: & hoc divi Severus & Antoninus rescriperunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium legatum ab obligatione, & hypotheca liberare, & hoc expreſſerit specialiter, non debet heres id luere.

§. Si res aliena.

Alienam rem tibi legavi: superstite me testamenti factio[n]i, tu legatarius factus es ejus rei dominus. Quoniam quidem ipsam rem ab herede petere non potes (quo modo enim quod est sub tuo dominio, concedatur?) sane neque ejus aestimationem petere poteris. Sic autem distinguendum est. Si quidem ex emptionis causa id acquisivisti, movens in heredem actionem ex testamento: accipies ejus rei aestimationem. Si autem ex donatione factus es ejus dominus, vel ex legato: non repetes aestimationem propter regulam dicentem, duas lucrativas causas in eundem hominem, & eandem rem concurre non posse. Hac ratione si primus & secundus eandem rem mihi legaverint: quærimus an possim duorum legatum petere ab heredibus? Et dicimus, si quidem ex unius testamento rem accepi, ex altero nihil accipiam; neque eandem rem, (quo modo enim quando est sub meo dominio?) neque aestimationem: rem enim ex lucrativa causa acquisivi. Sed si prius ex uno testamento aestimationem accepi, ex altero rem petere non prohibebor.

§. Ea quoque res.

Neque solum res eas, quæ sunt in rerum natura, sed etiam quæ non sunt, sperantur autem esse, recte legamus, velut fructus futuros ex illo fundo, vel quod natum erit ex illa ancilla.

§. Si eadem res.

Si duobus unam & eandem rem legavero siue conjunctim, sive disjunctim, venerintque ambo ad legati petitionem: scindetur inter eos legatum in duas partes. Si vero alter defecerit voluntate aut casu: voluntate quidem, quoniam legatum repudiavit; casu autem, quoniam vivo testatore deceſſit: aut alio quoque modo defecerit, forte enim civitatem amisit: tunc totum legatum pertinet ad collegarium. Et conjunctim quidem est, si sic relinquo: Titio & Sejo servum Stichum do & lego. Disjunctim autem ita: Titio Stichum servum do & lego, Sejo servum Stichum do & lego. Sed & si apposui Sejo eundem servum, æque disjunctim legatum perficitur: ergo & conjunctio præſens conjunctum facit legatum, si vero non adscripta fuerit & disjunctum ipsum facit.

§. Si cui fundus.

Titii fundum moriens mihi legasti, hunc ego fundum te adhuc vivente a Titio emi, deducto usufructu: hoc est nudam proprietatem accepi excepto usu; remansit autem penes Titium usufructus. Paulo post deceſſit Titius: & ipsius morte extinctus usufructus, quem obtinebat, redivit ad proprietatem. Te mortuo, volo agere contra te heredem ex testamento. Julianus ait, recte me petere per personalem actionem.

nem proprietatis agri aestimationem: ususfructus enim hic locum obtinet servitutis. Officium autem judicis est, deducto usufructu, jubere, ut heres præſter aestimationem: velut, fundus cum usufructu valet CL. solidos; sine usufructu C. Ago igitur ipſe petens CL. solidos; sed officium judicis perficit, ut proprietatis tantum aestimationem accipiam, hoc est centum solidos. Nam accipere me usufructus aestimationem absurdissimum est, ideo quod usufructus ex lucrativa causa ad me pervenit.

Legavit quidam mihi fundum meum: inutile legatum; nam quod meum est, amplius meum fieri non potest. Et licet fundum alienaverim, non debetur mihi neque ipſe, neque ipsius aestimatio. Erat Titius cujusdam servi dominus: hunc legavit mihi, existimans esse Primi: valet legatum; nam plus valet veritas, quam opinio. Sed eti[us] meum, videlicet legatarii hunc esse putavit, valet & sic nihilominus; effectum enim utilem habet legatum. Defunctus enim dominus est: non ego; & dominium transferri in me potest absque impedimento.

Legasti mihi rem tuam; supervivens autem eam alienasti. Ait Celsus, si quidem tanquam adimens, & a mea recedens amicitia eam alienasti, non deberi mihi legatum. Si vero non eo proposito alienasti (forte enim publicorum debitorum necessitas, vel privatorum incubuit, & pecuniae indigens vendidisti) ne posse petere legatum a tuo herede. Idque Severus & Antoninus rescriperunt. Prædium quidam suum mini legavit; supervivens pignori dedit: ab eisdem rescriptum est, principibus oppignerantem non videri hoc facere animo auferendi legatum. Unde legatarius cogit heredem debitum creditori solvendem, liberum prædium ab hypotheca facere, & legatario dare. Si quis autem, legato mihi fundo, supervivens ejus partem alienaverit: Quæ pars alienata non est, omnino mihi debetur; debetur & alienata, si non recedens a mea amicitia eam alienavit.

Debebas mihi C. solidos: legavi tibi debiti liberationem: valet legatum. Et meus heres liberando: neque a te, neque a tuo petet herede, neque ab aliquo alio locum heredis tenente, velut per universitatem fideicommissario, vel bonorum possessore. Verum etiam ex adverso poterit agere contra meum heredem ex testamento, urgens eum, ut se liberet ab acceptatione. Non solum autem continue possum debiti petitionem meo debitori condonare, sed & ad tempus dicere: Condemno te heres, ut usque ad X. annos non petas debitum a meo debitore. Quid autem quod ex contrario debitor moriens quod debebat debitum, creditori legavit? quærimus an valeat. Et dicimus legatum esse inutile, si nihilo plus sit in legato. Si enim C. debens centum legavit, non valet. Igitur quasi debitum petitur: & locum habente Falcidia, non minuitur, ut reliqua legata. Si vero CXV. legavit, valet propter additionem. Ex quo autem C. solidi sunt in legato, idcirco non valet, quia damnosum est le-

legatum. Debebam tibi in diem; forte enim stipulatus es, me dare tibi C. solidos post XV. annos: vel debebam tibi sub conditione, veluti, si navis ex Asia venerit: legavi tibi hoc debitum pure. Quærimus an hoc legatum valeat? Et oportet dicere ipsum valere propter representationem, hoc est, quoniam inde jam solvitur. Lucratur enim creditor, inde jam accipiens quod sibi dandum erat post decennium; vel post exitum conditionis; vel etiam interdum non dandum: si quidem conditio non extitisset. Sed quid, in hoc legato si contigerit vivo testatore debente diem venisse, vel conditionem extitisse? Dicit Papinianus utile esse nihilominus legatum: quia semel constitutum, & habet in se lucrum, quod & verum est. Neque enim eorum jurisprudentium sententia obtinuit, qui dicebant legatum extingui, quia in eum locum pervenerat, a quo incipere non poterat. Ecce enim dies venit, aut conditio extitit, & purum post hac debitum invenitur in tempore mortis testatoris. Sed si quis a principio pure legaverit: diximus legatum non valere. Hic autem valet, quia constitutum a principio.

*S. Sed si  
xxxii.*

Recepi ego dotem a mea uxore, matrimonio adhuc constante: moriens ei dotem legavi. Valet legatum: lucratur enim plus mulier petens rem tanquam legaram, quam tanquam ex dote. Quoniam, ut possumus scire, non simul cum matrimonii dissolutione semper dos redditur; legatum autem statim solvitur. Quid igitur quod dote non accepta, dote in uxori meæ legavi? Severus & Antoninus rescriperunt: si quidem simpliciter legavero his verbis; Legavi uxori meæ dotem, quam mihi dedit: inutile legatum. Nihil enim mihi dedit, & incerta est quantitas. Sin autem certæ mentionem quantitatis feci, dicens, C. solidos, quos ratione dotis mihi dedit, ei lego: vel forte etiam hunc fundum, quem mihi dedit, ei lego: firmum legatum est; vel etiam dixi: Quæ continentur dotali instrumento ei lego: sic valet legatum.

*S. Si res  
legata.*

Servum legavi tibi; sine facto, vel sine dolo mei heredis decepsit hic servus. Legatarius hinc damno afficietur. Et si alienus erat legatus servus, & manumisitus est a domino, non de heredis voluntate, vel decepsit: hic heres non tenetur. Si vero heredis servum tibi legavi, & ipse heres eum manumisit: Scripsit Julianus heredem teneri ad æstimationis dationem. Nec interest nostra, utrum sciret, an ignoraret tallem a me servum legatum esse. Idem est, si & ipse servum quidem non liberavit, sed donavit alteri, qui per donationem acceptum manumiserit: nam & hic petetur ejus æstimationis ab herede, licet ignoraret eum legatum esse.

*S. Si quis  
ancillas.*

Ancillam suam cum filiis suis quidam legavit: testatore adhuc vivo, decepsit ancilla. In ipsa quidem legatum extinguitur; in filiis vero valet, & non perimitur cum ea legatum in filiis. Meus servus dicitur ordinarius, servi autem mei servus dicitur vicarius. Habens igitur quidam servum Stichum nomine, qui ha-

bebat vicarios, legavit mihi ordinarium cum vicariis; contigit ordinarium mori. Etiam hic extinctum legatum in ordinario obtinet in vicariis. Habeto hæc tamquam in prævisione: Sunt quædam principalia, sunt & horum sequæ. Et in quantum quidem firma sunt principalia, consistunt & quæ ex ipsis; peremptis autem illis, & hæc simul perimuntur: velut principale est servus, sequela autem est ejus peculium. Quoad servus existit, constat etiam peculium; servo autem vel mortuo, vel manumisso, vel alienato, extinguitur peculium: quomodo enim potest peculium apud me remanere, principali non remanente? Rursus principale est fundus; sequela, ejus instrumentum; instrumentum autem fundi est omne, quod confert ad generationem, & collectiōnem, & transportationem, & conservationem fructuum. Ad generationem quidem, ut, agrum colentes servi, boves, aratra, ligones, & his similia. Ad collectionem, falces & hujusmodi. Ad transportationem autem, velut currus, cophini, & alia: Ad conservationem, dolia, testæ, phaci, & quæcumque talia. His prævisis, quod restat animadverte. Legavi meum servum cum peculio: supervivens testamenti factioni servum manumisi, vel alienavi, vel ipse casu mortuus est. Legatum non solum in ipso, sed & in peculio extinguitur: principibus enim non constantibus, neque sequelæ possunt constare. Idem est, si legavero meum fundum instructum, vel cum instrumentis, & supervivens eum alienavero; Quia hic quoque extinguetur legatum, etiam in instrumentis, quoniam instrumentum sequela est fundi.

Legavi tibi gregem meum ovium, contigit postea totum gregem ad unam ovem redigi. Potest legatarius reliquam ovem vindicare. Grem meum tibi legavi, qui erat centum ovium. Me vivo contigit, aliis adnatis, fieri centum & L. etiam post testamenti factionem adnascentes gregi connumerantur, & omnes legato cedent, inquit Julianus: grex enim unum corpus est ex diversis capitibus constitutum; sicut ædes unum corpus est ex cohærentibus lapidibus, vel materialis compositum. Itaque si ædes tibi legavero, & post testamentum columnas marmorave adjecero: hæc adjecta etiam accipies.

Legavi tibi peculium mei servi, habens in bonis X. Sive me vivo ad XV. solidos auxit: *S. Si pe-  
culium.* Sive id me vivo minuit: ad te spectat legatarium, sive lucrum accedit, sive damnum. Tu hæc habe in modum cuiusdam prævia inspectio-  
nis. Cessio est legatorum nondum acceptorum ad heredes importatio. Quod autem heres est ei, qui sui juris est, hoc est seruo dominus. Nam quod possum ego mei juris importare ad meum heredem ante acceptiōnem, hoc tervus acquires domino: Quod vero non potest cedere, neque transire ad heredes, hoc dominis non acquiretur. Cedunt autem legata, cum delata sunt ad nos: delatio autem est actionis competentia: competit autem in puris a morte testatoris: in conditionibus autem post conditionis exi-  
T t t tum.

tum. Et quidem olim ab adita hereditate cedebant legata. Sed quia id legatariis erat damnorum: (heredes enim cum viderent quosdam legataros periculose interdum ægrotantes, differebant additionem, ut legata eis non cederent, neque ad eorum heredes transirent) idcirco placuit, ut cesso five delatio locum haberet a morte testatoris: quoniam hoc tempus non subiacet heredis voluntati. Est autem invenire & nodie legata quædam propter regulorum statutum ab adita hereditate de veteri consuetudine cessionem habentia. His prævisis, quod instat, specta: Stichi mei servi peculium legavi. Post meam mortem ante additionem idem Stichus superacquisivit nonnulla; ergo hæc cui erunt lucro? utrum remanebunt apud heredem, an dabuntur legatario? Julianus inquit; si quidem ipsi Sticho manumisso in testamento legatum fuerit suum peculium: omne, quod ante heredis additionem acquisivit, ei dabitur. Sed quanam ratione? quia talis legatides post heredis additionem cedit. Tamen si a morte testatoris cedebat legatum, heredi sane competebat. Quæ igitur mutationis causa? Scis cessionem esse nondum acceptorum legatorum ad heredes importationem. Hic Stichus igitur legatum sibi peculium in quem translatus erat ante additionem? In heredes non poterat (servus enim heredem habere non potest) sed acquiret domino. At nullus hujus dominus ante additionem; jure igitur sine cessione manet legatum. Post autem additionem, quia factus est liber, & heredem habere potest: merito etiam cessionem habet legatum. En igitur casus, qui secundum veterem legislationem habet hodie cessionem ab adita hereditate. Jure igitur quoniam ante cessionem auctum fuit legatum, omnia etiam superacquisita ad Stichum venient legatarium. Sed si extraneo alicui Stichi servi peculium legavi: quæ super acquisita sunt post meam mortem ante additionem, remanent penes heredem: tale enim legatum cedit a morte testatoris. Hæc autem dico: quoniam acquisita post meam mortem legatario non dantur, nisi utique quæ acquisita sunt, ex rebus peculiaribus accesserint: Velut, ancilla erat in peculio, & peperit; fundus, & provenerunt hinc fructus.

§. Pecu-  
lium.

Sciendum est autem, manumissum servum in testamento peculium non sequi. Si vero inter vivos ipsum manumisero; accipiet peculium manumisitus, nisi utique specialiter illud ademero. Hoc enim divi Severus & Antoninus rescripserunt. Servus autem meus habet in peculio non solum quæcumque acquirit ex quæcumque causa. Sed & si quid impenderit circa me dominum, auget hoc peculium: Velut, Habebat quidam peculium mille solidorum; ei ego debebam C. solidos, quos circa me impenderat: erit peculium M. & C. solidorum. Si igitur testamento talem servum manumisero, & peculium ei legavero, quia quidem accipit M. solidos, constat. An autem & centum, quæ circa me impenderit? Idem principes rescri-

pserunt non habere eum in his petitionem. Nam in promptu existentia, & in parato visus sum ei legare; non quidem ea, quæ impenderit circa meas rationes. Sed si dispensatorem meæ substantiæ manumisero in testamento sub conditione, Si reddiderit rationes suæ dispensationis, legare ei videor peculium, & dicere, ut eisdem placuit principibus: ex eo, quod videatur ei legari, peculio, oportere ipsum reliqua solvere. Unde enim servus existens impleturus erat debita, nisi ex peculio, ex quo soluturus erat, si & vivens dominus petebat ab eo reliqua? Non solum corporales, verum etiam incorporeas res possumus legare. Ideo si quis debet mihi C. solidos, possum actionem in eum alii legare; & cogitur heres eam præstare legatario. Sed si supervivens testamento exigam debitum: extinguitur legatum. Ecce igitur hic legata est res incorporalis, hoc est actio. Sed & valet legatum sic relictum: Damno te heres hujus domum reficere, aut Titum libera-re, qui premitur ære alieno.

§. Tam  
autem.

Generaliter quidam legavit servum, vel aliam rem dicens: do & lego huic servum. Vel do & lego huic equum: quærimus utri detur optio, heredi ne, ut solvat quem vult, an legatario, ut accipiat qui sibi placet. Et dicimus legatarium habere electionem, nisi testator contrarium dixerit specialiter.

§. Si ge-  
neraliter.

Optionis legatum, hoc est, ubi defunctus ex suis servis, aut vestibus, aut libris legatarium jussit optare, conditionem in se habet. Unde nisi legatarius ipse optarit vivus, sed ante optionem decessit, non transit legatum ad ejus heredem ob regulam dicentem: Conditionale legatum ante conditionis exitum mortuo legatario non transit ad heredes. Optio autem est, quando sic dixit testator: Optato Titius de familia mea servum unum. Sed hæc quidem in usu apud veteres. Constitutio autem divi nostri Imperatoris reformavit in melius: data licentia etiam heredi legatarii servum optandi, quem legatarius vivens non optaverat. Diligentissime vero hoc tractans & illud suæ addidit constitutioni. Quia enim antiquitus duobus, pluribusve relictæ optione, si accidisset eos non concordare circa optionem; sed hic quidem Stichum elegisset, ille autem Pamphilum: secundum quidem aliquos jurisprudentes tandem quiescebat legati petitio, dum concordarent; secundum autem alios extinguebatur dispensatione: jussit in eadem constitutione, five unius legatarii plures essent heredes, qui circa optionem non consentirent; aut plures legatarii existentes non eundem eligant servum, & non convenient, ne legatum pereat, quod plerisque jurisprudentium videbatur adversantibus benevolentia: sed talem optionem voluit fortunæ committere, & illinc expectare judicium: forte enim duæ, cui fors dederit, illum habere optionem, & alios collegatarios, aut coheredes eum sequi, & accipere quem optaverit is, ad quem fors devenit.

§. Optio-  
nis.

Illis autem solum legare possumus, quibus-  
cum §. Legari.

## Ad Institutiones Justiniani &c. 515

§. *Incertis.* cum testamenti factionem habemus. Incertis personis neque legata, neque fideicomissa licet relinquere. Et non solum obrinet hoc in paganis, sed neque militibus permisum fuit, ut divus rescripsit Hadrianus. Incerta autem persona est, quam incerto judicio testator sibi subjecerat, de qua interrogatus nihil manifestum potest dicere: velut si quis ita dixerit: Quicunque meo filio suam filiam junxerit matrimonio, accipiat ab herede meo hunc fundum. Vel ita, primis post meam mortem designatis Cols. det meus heres X. solidos; Incerta & hic persona. Neque enim manifestum est, quis daturus sit suam filiam uxorem filio testatoris, vel quis designandus est consul post mortem. Nam si testator de eo interrogetur, nihil dicet clarum. Sunt & alii complures casus hujusmodi.

§. *Liber-*  
tas.  
§. *Sub cor-*  
ta.  
§. *Incertis*  
*autem.*

Libertas quoque incertæ personæ, si relinquatur, inutilis est. Placuit enim nominatim servos testamento liberari. Sub certa vero demonstratione incertæ personæ recte lego: ut, si dicam: Si quis ex cognatis, qui nunc mihi sunt, meam filiam uxorem duxerit, rem eam accipiat ab herede meo. Hic enim persona quidem incerta; demonstratio autem manifesta. Dixi enim, ex cognatis, qui nunc mihi sunt: qui numerus manifestus est. Incertæ personæ legatum reliqui. Legatum videlicet invalidum. Sed si heres per errorem hoc solverit, non poterit repetere. Hoc enim cavitur sacris constitutionibus.

§. *Posthu-*  
mo.  
§. *Sed nec*  
*bujus modi.*

Alienus posthumus similis est incertis personis: ideo inutiliter ipsi legamus. Est autem alienus posthumus ille, qui natus suus non fit heres: ideo ex emancipato filio meo conceptus, & natus nepos, extraneus erit mihi posthumus. Sed hæc quidem omnia secundum veteres. Constitutio autem nostri principis in ipsius codice polita omnes has incertorum species mirum in modum correxit, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis; quæ constitutio lecta ipsa se manifestat quam clarissime.

§. *Tutor*  
*autem.*

Tutor autem incertus dari neque per eandem poterit constitutionem, debet enim esse manifestus, & oportet testatorem aperte suis filiis tutorem dare: inutilis igitur erit tutoris datio, si testator dixerit: Sit tutor mei filii primus veniens ad meum funus.

§. *Posthu-*  
mus.

Alienus posthumus heres institui poterat & antea, & nunc sine impedimento instituerit: nisi quidem eum contigerit ejus mulieris esse in utero, quam jure uxorem habere non possum.

§. *Si quis*  
*in nomine.*

Ad subiectarum personarum manifestationem complures antiqui plures nominum appellations introduxerunt. Est enim nomen proprium ut Titius: Cognomen, quod nomini subjungitur, & a vituperio accipitur, aut a laude: a vituperio quidem ut superbus; a laude autem ut pius: Est & prænomen, quod accipitur a progenitoribus, vel a benefactoribus; a progenitoribus quidem, velut si quis vocet Eacidem

Achillem; a benefactoribus, sicut videmus præfides provinciarum præponentes suis nominibus nomina illorum, per quos facti sunt: velut Strategum vel Constantinum. Igitur cum legans quis erravit circa nomen legatarii, & cum opus esset dicere Titium, dixit Sejum: vel circa cognomen: nam cum oporteret dicere superbum, dixit pius; vel circa nomen appellativum. Ut si pro Stratego dixerit Primum: Quærimus an legatum sit inutile? & dicimus, si constiterit de quo intellectum sit, nihilominus valet legatum: idemque in heredibus servatur. Si enim heredem aliquem instituens erravero circa unum prædictorum, institutio non infirmatur. Et recte: nomina enim significandorum hominum causa reperta sunt, quæ si quolibet alio modo subiectam personam possunt comprehendere, nihil interest; neque detrimentum fit ex errore circa nomen.

§. *Huic*  
*proxima.*

Similis huic rationi illa regula, quæ dicit: Falsa demonstratio legatum non perimit. Scendum enim est legatis accedere aliquando quidem demonstrationem, aliquando autem causam: demonstratio autem est rei, quæ legatur, manifestatio. Velut, legavit tibi quidam ita dicens: Stichum servum meum vernam lego Titio: utile legatum, et si Stichus non erat vernus, sed emptus. Vel etiam ita dixi: Stichum servum, quem de Sejo emi, lego Titio, emi autem a Primo; utile & ita legatum propter illam ipsam regulam: Falsa demonstratio legatum non perimit.

§. *Longe*  
*magis.*

Ficta autem causa legato addita non infirmat legatum. Causa autem est impulsus manifestatio, propter quem legatur. Velut, legavit quidam sic: do & lego Titio Stichum meum servum, quia me absente mea curavit negotia. Vel sic: Servum lego Titio, quia ejus patrocinio capitali crimen liberatus sum. Licet enim neque negotia mea curavit Titius, neque patrocinio ejus capitali periculo sum liberatus, valet legatum propter regulam dicentem: falsa causa legatum non perimit. Si tamen conditionaliter causam enunciavi, eaque falsa inventa sit, nihil accipiet legatarius: Dixi enim sic, verbi gratia: Lego Titio fundum, si mea negotia procurarit. Nam si quidem procurarit, accipiet, ut conditione adimpleta; si autem non procurarit, nulla actio dabitur legatario, ob conditionem eo modo infirmatam.

§. *An fer-*  
*vo heredis.*

Hæc sint tibi præcognita: Cum in unam & eandem personam concurrerint jura auctoris & rei: facta hoc modo consilio judicium extinguit: nullus enim contra seipsum potest jus experiri. Debes & illud scire, quod paulo ante dictum est: delationem legatis esse, puris quidem testatoris mortem; conditionalibus autem conditionis exitum. His prævisis, specta quod instat: Moriens quidam instituit me heredem; deinde Sticho meo servo legatum a me reliquit. Quærimus an recte reliatum sit legatum, quia in unam personam concurrunt jura auctoris & rei. Ego enim sum reus, sicuti qui sum heres: Ego rursus auctor, sicuti qui sum do-

minus. Quoniam igitur in me concurrit jus rei & actoris, judicium confunditur. Sed quidam jurisprudentes dicunt, oportere attendere delationem, hoc est, quando competit legati actio; & an quidem illo tempore divitiae sint ab invicem heredis, & legatarii personae. Forte enim vivo testatore Stichum servum meum manumisi, vel alienavi: & quoniam dividuntur personae, valet id legati: Quod extinguitur ob jam dictam rationem, si quo tempore testator mortuus est, inventus sim servum meum, qui & legatarius est, habere in potestate. Hac quidem, cum pure legatum est. Nam cum legatum est conditionaliter, non amplius testatoris mortem spectamus, sed conditionis exitum. Et si quidem adimpta conditio invenerit Stichum, aut liberum, aut alterius servum: legatum est firmum. Si vero, ea adimpta, inventus fuerit in mea potestate: legatum infirmum. Et huc quidem secundum quosdam. Quod vero obtinet, sic habet: In conditionalibus verum est, oportere videre exitum conditionis; in puris autem cum scriptura legatum inutile est, ob Catonis regulam dicentem: legata omnia quae futura sint inutilia, si statim post testamenti factionem deceperit testator: huc non ideo confirmari, quia contigerit permultum tempus supervivere condito testamento: ut locus heredi esset, Stichum suum servum aut alienare, aut manumittere. Si enim testator simul ac testamentum fecerat, deceperit: inveniendus erat servus in heredis potestate. Quid autem si ex diverso moriens quispiam meum servum instituit heredem, legatum autem mihi reliquit ab ipso? Hic sine ulla dubitatione valet legatum. Etenim si post testamenti factionem testator statim deceperit, non cedebat legati dies apud heredem. Supra enim, ubi heres erat dominus, legatarius autem servus, deveniens legatum ad servum statim acquisitum est domino. In hoc autem casu dici non potest, legatum deveniens ad dominum acquisitum esse servo heredi instituto. Hic enim hereditas a legato separata est, & potest alius per eum Stichum heres fieri. Nam si prius, quam iustero adire & mihi acquirere hereditatem, in alterius potestatem transierit: novo domino acquirit hereditatem. Sed si manumissus fuerit: ipse adiens eam sibi acquirit. Et in his casibus utile erit legatum. Divisa enim est persona heredis & legatarii. Itaque potero vel in manumissionem, qui jam adierit, vel in novum dominum agere, & legatum petere. Si vero adhuc manens in mea potestate iussu meo adierit: evanescit legatum: invenior enim ego & legatarius a scriptura, & heres ab acquisitione.

*§. Ante heredis.*

Ante heredis institutionem inutiliter legamus. Et recte: testamenta enim vim accipiunt ex heredum institutione. Ideo veluti caput, atque fundamentum totius testamenti intelligitur esse institutio. Ergo quod relinquitur ante heredis institutionem, extra testamentum esse videtur. Eadem ratione neque libertas dari potest ante institutionem. Sed quia

absurdum putavit esse noster divus Imperator nos ordinem quidem servare scripturæ in testamento, (quod & ab ipsis antiquis vituperabatur) testatoris autem voluntatem spernere: facta constitutione & præfens vitium emendavit, ut liceat & ante heredis institutionem, & inter medias heredum institutiones legatum relinquare; & multo magis libertatem, quæ multo majore studio digna habita est. Et ante heredis quidem institutionem: velut, si testamentum incipiens ita dixerit: Lego huic C. solidos; vel, Sit ille liber: & postea adjecero: Sit ille meus heres. Inter medias heredum institutiones est, cum dixerit: Sit ille meus heres in semiissem, Lego huic & huic C. solidos; aut, Sit liber Stichus servus: postea vero adjecero secundum heredem in alterum semiissem.

*§. Post mortem.*

Post mortem heredis, vel post mortem legatarii inutiliter legatum relinquitur: velut si quis dixerit: Post heredis mortem lego huic C. solidos. Quandiu enim heres agit in vivis, legatum non petitur; post ipsius autem mortem neque ab herede petetur propter regulam dicentem: Actio contra nos non incepta contra nostros heredes non transit. Idem & in legatario. Nam si dixerit: Lego primo C. solidos, postquam deceperit, inutile legatum: Nec enim ipse potest petere propter verba testatoris, neque ipsius heres propter eam, de qua diximus, regulam: actio a nobis non incepta ad nostros heredes non transit. Et pridie quam heres aut legatarius morietur, inutile est legatum: velut si dixerit: Pridie quam moriatur meus heres, vel moriatur Titius, lego Titio C. solidos. Incerta enim dies, quæ est pridie mortis. Post enim mortem tunc ad præteritum recurrentes dicimus hesternam diem pridie mortis fuisse. Et quoniam ex morte cognoscitur, rursus ad legatum post mortem recidit. Sed & huc eadem correctione dignatus est divus noster Imperator, firmitatem præbens hujusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem. Sic enim reliqua fideico missa admittabant antiqui calumniantes legata. Ergo nulla in his differentia legatorum & fideicommissorum est: valent enim utraque.

*§. Poenæ quoque.*

Poenæ quoque nomine inutiliter legatur, vel adimitur, vel transfertur. Poenæ nomine legari videtur, quod coercendi heredis gratia relinquitur, quo magis faciat aliquid aut non faciat. Nam cum multi morientes imperarent aliqua fieri, & vim eis quodammodo imponerent, quo modo oportet eos agere in civitate, deinde heredes tales spernerent voluntates impune: ideo homines cum vidissent speni a se mandata, postea introduxerunt poenam pecuniariam, per quam cogebatur heres etiam præter intentionem aliquid facere. Sed dicamus exemplo, quid sit legatum poenæ nomine: velut, sit ille meus heres, & det suam filiam in matrimonio Titio; vel ex contrario, non det. Si autem meæ voluntati adversatus fuerit, det Sejo X. solidos. Aut sic: Meus heres si meum servum Stichum alienaverit; vel e contrario non alienaverit, Titio det X. solidos.

Non

Non valet legatum propter duas rationes. Primum quidem, quoniam odit jus legatum in heredis voluntate depositum. Hic autem in ipso est, debere & non debere. Nam si quidem impleverit dicta a testatore nihil solvit; si autem contra fecerit, obnoxius fiet legatario: quoniam oportet legata relinquere ob benevolentiam & amicitiam erga legatarium, non ob odium contra heredem. In tantum autem haec regula dicens: inurilia esse legata poenae nomine relictæ, observatur: ut plures sint principales constitutions, quibus significetur, ne principem quidem pati accipere legatum poenae nomine relictum. Sed neque militare testamentum valere cogit legatum relictum poenae nomine; quamvis alter militum voluntates in testamentis, ut jurisprudentes dicunt, valeant. Sed neque libertas poenae nomine relictæ firmitatem habet, neque heredem aliquis poenae nomine valide instituit, ut inquit Sabinus: velut si quis ita dicit, Titius sit meus heres, si filiam suam dabit Sejo uxorem. Si autem Titius filiam suam Sejo in matrimonio non collocarit, sit ei coheres Sejus. Inutilis Seii institutio. Nam sicut contrastat heredem legati datio: ita & acceptio coheredis eum damnificat, privat enim dimidio hereditatis. Sed hujusmodi scrupulositates divus noster Imperator perosus, generali constitutione refecuit dicens: etsi poenae nomine relictæ sint, vel adempta, vel in alios translatæ: non distare hæc a cæteris legatis, in quibus sine poena datio, vel ademptio, vel translatio est: exceptis his videlicet, quæ vel impossibilia, vel legibus interdicta, aut alias sunt probrofa. Hujusmodi enim testamentorum dispositiones valere alienum esse a piis temporibus sui imperii respondit. Et impossibile quidem est: velut si dixero: Do & lego Titio C. solidos, si ascenderit in Cœlum; Si autem non ascenderit, lego eos Primo. Hic enim Titius legatum accipiet. Aut ita dixi: Lego Titio C. solidos, si adulteraverit hujus uxorem, si autem non adulteraverit, lego eos Primo. Hic quoque Titius accipiet. Vel sic: Lego Titio C. solidos, si verberaverit suam matrem, minus, do eos Primo: Aut etiam adimo ita: Si vero non ascenderit in Cœlum, vel non adulteraverit hujus uxorem, vel matrem suam non verberaverit, non lego ei C. solidos. Irrita enim & hic ademptio; sicuti in præcedenti casu translatio. Si vero neque impossibilia sunt legatario imposita, neque legibus contraria, neque probrofa: tunc etiam poenae nomine facta datio, & ademptio, & translatio obtinet.

T I T. XXI.

*De Ademptione legatorum.*

ET in ipso testamento licet legatorum ademptionem firmiter facere, & in codicillis. Nec refert, five contrariis verbis fiat ademptio dicendo: Titio do & lego C. solidos; deinde paulo post in ipso testamento, vel in codicillis

apposita vocula, Non: Velut, quos dari dixi Titio C. solidos, non do nec lego. Ecce hic contraria dicuntur: per quæ enim dedi, per ea primo, apposito Non: do enim contrarium est, non do. Si vero & aliis verbis fiat ademptio, etiam sic valet: ut dicens ita: Titio C. solidos lego. Deinde dixerim: nolo Titio dari C. solidos. Possimus etiam transferre ab alio in alium: velut, reliqui Titio Stichum meum servum. Possum sic dicere: Stichum, quem legavi Titio, lego Sejo. Et hoc possum dicere tam in codicillis, quam in testamento. Translatio autem habet in se tacitam ademptionem: nam a Titio in Sejum cum legatum transfero, hoc tacite a Titio aufero.

T I T. XXII.

*De Lege Falcidia.*

Hinc de lege Falcidia dicendum est, per quam modus novissime legatis impositus est. Olim enim liberum erat, totum patrimonium legatis erogare, vel prope totum: id lege XII. tab. permittente, quæ dicit, *uti quisque legasset suæ rei, ita ius esto.* Sed postea placuit, talem legandi licentiam coarctare. Et hoc pro testantibus inventum est: quia ut plurimum ab intestato moriebantur testatores, scriptis heredibus aditionem recusantibus ob id, quod nullum, aut minimum eis inde lucrum proveniret. Et lata est postea lex Furia, quæ dixit, non licere cuiquam legare ultra mille solidos. Quod si quis maiorem quantitatem relata suscepisset: quadruplum, ultra id, quod plus erat, reddebat: ut, si cepisset mille & centum solidos, reddebat quadruplum centum, hoc est quadringentos. Sed facile talis lex circunveniebatur. Nam quispiam quinques mille aureorum substantiam habens, si quinque legatariis æqualiter legasset mille: nihil legi adversabatur, & tamen inveniebatur heres hereditatem, quia nullum afferret lucrum, repudians: & ita rursus testamenta evertebantur. Sed lata est tertio loco lex Voconia, quæ dixit nihilo plus accipere legatarium, quam heredem. Sed ipsa etiam facile evertebatur. Nam si quis centum aureorum substantiam habens instituisset me heredem, & nonaginta novem legatariis æqualiter legasset unum aureum: neque legem exceperat; & rursus locum dabat repudiationi. Propter unum enim aureum non tolerabat heres integræ hereditatis onera subire. Novissime igitur lata est lex Falcidia, quæ defuncti substantiam in duodecim divisit uncias, & cavit, ne liceret cuiquam plus legare, quam dodrantem totius substantiaz, five unus sit institutus heres, five plures; sed quartam remanere apud heredem, aut heredes bonorum.

Habens quis CD: aureorum substantiam instituit duos heredes ex æquo, Titium & Sejum: & nominatim legavit ex parte Titii dicens: condemno te Titi dare huic & huic bona, quæ valeant aureis ducentis, aut centum octo-

*§. Et cum  
questrum,*

**O**ctoginta. Ex parte autem Seii aut nihil legavit specialiter, vel tot legavit, quot ad diuidum institutionis ejus pervenirent, ut relinquerentur ei centum aurei integri. Accesserunt legatarii agentes contra Titum, & pertinentes ab ipso legata integra. Is autem nihil habens reliquum post legatorum extractionem aut paucissima, volebat suæ institutionis quartam retinere, hoc est quinquaginta aureos. Opposuerunt se legatarii dicentes, testatorem satisfecisse legi Falcidiæ, nec plus quam dodrantem substantiæ legatis erogasse. Titius vero dignum (sicuti dictum est) putabat, quartam suæ institutionis retinere. Quæstione igitur hujusmodi exorta, placuit ut unusquisque suæ institutionis quartam retineat. Nec quia integer est apud Sejum semiſſis, aut quadrans, ideo impeditur Titius suæ institutionis quartam retinere. Decet enim unumquenque heredem quartam habere suæ institutionis.

§. Quantitas.

Quoniam autem diximus, oportere quartam substantiæ defuncti servari integrum heredi: quo tempore spectanda est quantitas defuncti substantiæ, utrum mortis, an aditionis? Et magis placuit, spectari tempus mortis testatoris. Igitur usque ad aditionem sive damnum aliquod & diminutio bonorum facta est, sive accessio: hoc legatarios (quantum attinet ad Falcidiæ) neque damno afficit, neque beneficio; sed duos effectus, diminutionis, inquam, & augmenti heres intelligit: velut in casu. Habebat quidam patrimonium C. aureorum: legavit C. aureos: constat competere heredi ex Falcidia retinere XXV. hoc est quadrantem. Dilata aditione contigit per hereditarios servos acquiri nonnulla hereditati: quia vel pepererunt ancillæ, vel foetus pecorum extitit; & tantum accessit hereditati, ut heres possit quartam habere, & ita neque Falcidiæ indigeat. Sed quoniam placuit spectare tempus mortis, tunc enim competit Falcidia: facta in medio bonorum accessio heredi prodest. Hic enim ipse nihilo minus quam centum aureorum quartam retinebit, habens insuper quæ lucrifacta sunt. Quod ex diverso quoque tractabimus. Habens quidam centum aureorum substantiam, legavit LXXV. Et constat heredem non indigere retentione ex Falcidia, cum habeat quartam de voluntate testatoris. Post mortem autem testatoris ante aditam hereditatem absumptra domo hereditaria incendio, vel facto naufragio bona perierunt, vel mortui sunt hereditarii servi, ut hereditas ad XXV. aureos minueretur, & ad septuaginta quinque aureos superesset, vel

& ad pauciores, hoc est ad LXX. Adiens heres cogitur integra legata solvere. Quo enim tempore mortuus est testator, habebat de ejus voluntate quadrantem, nec indigebat auxilio Falcidiæ. Ergo in tali casu nihil lucratur, aut etiam interdum damno afficitur: tamen non tristetur: nam si non adeat, tale potest damnum evitare. Unde legatarii intelligentes, illo hereditatem excusante, nihil ad se ex legato pervenire, disponebantur ad pacificandum cum herede, ut & ipsi nonnullam partem relictorum legatorum acciperent: & quod Falcidia non dabat, hoc methodus heredis præbebat, quia repudiationem minabatur.

Quantitas autem substantiæ sic spectatur. Oportet enim excipi æs alienum defuncti, circa funus, impensam, & precia manumissorum servorum: postea quod reliquum est, quantum sit, videre: hoc enim pura substantia esse existimatur, & hujus quadrantem retinere. Velut in casu: Decessit quidam habens octingentorum aureorum patrimonium, legavit CD. debebat autem creditoribus CC. Manumissi autem servi erant centum quinquaginta aureorum; expensi sunt circa ejus sepulturam L., ita ut relinquerentur quadringenti, videlicet ipsum legatum. Igitur tanquam ex quadringentis centum debet retinere, non ut ab octingentis ducentos, propter factas (ut dictum est) extractiones. Ergo tres quidem partes dabuntur legatariis ex proportione; Quadrans autem, hoc est centum, manent apud heredem. Habens quis CD. aureorum substantiam puram, quadringentos legavit. Quadrans retineri debet, hoc est centum: Quid quod legavit CCCL? octava pars refineri debet: octava enim quadringentorum sunt quinquaginta. Habet igitur heres quinquaginta de voluntate testatoris; ex lege autem alia quinquaginta, quæ quartæ quantitatem efficiunt. Si vero habens CD. in bonis, legavit quingentos sic: Primo C., Secundo C., Tertio, Quarto, Quinto æqualiter centum: Oportet superfluum excipi, hoc est, uniuscujusque legati quintam minui partem, ut relinquantur unicuique legatario octoginta. Postea tanquam ex Falcidia retinet heres ab uno quoque legatario æqualiter XX. aureos. Et ipse quidem sic centum acquiret, hoc est quadrantem bonorum defuncti. Habebunt autem quinque legatarii, quibus æqualiter centum legata sunt, æqualiter sexaginta.

T I T. XXIII.

De fideicommissariis hereditatibus.

\* \* \* \*



# I N D E X

## RERUM, ET VERBORUM

---

*Prior numerus Paginam, posterior Columnam indicat.*

**A**bbas, sive Archimandrita in Monasteriis quis, & quomodo eligendus. 370. 1.  
Abigei quomodo puniantur. 235. 2.  
de Abigeis. 235. 2.  
Abiicere. 36. 1.  
*Absentia eius, qui reipublicæ causa abest, neque ei, neque aliis damnoſa.* 446. 2.  
Abſrahens confugientem ad Sanctam Ecclesiam quomodo puniatur. 234. 2.  
Accensi. 113. 2.  
Accentus signa Græca in Flor. Pand. non erant. 100. 1.  
Accepta, & expensa. 83. 2.  
Accrescendi alter modus civilis acquisitionis. 494. 1. quomodo fiebat. ibid.  
Accursiana tempora. 29.  
Accursius de punctis. 27. 1.  
— emendandus. 13. 2: 39. 2: 56. 2.  
Accusatus si voluerit accusatorem ipsum accusare, apud quem judicem id facere debeat. 336. 2.  
Acervalis. 89. 1.  
Achilles Bochius. 78. 1.  
Acquiritur quibus modis amittitur. 448. 1.  
Acquiruntur res per procuratorem ex Severi Constitutione. 497. 1. per legatum. ibid.  
per fideicommissa. ibid.  
Acquisitiones legitime, iux. 497. 1. & 2.  
— naturales, que. 497. 1.  
— per universitatem, que. 497. 2.  
Acquisitionis naturalis modus. 487. 1.  
Acta. 117. 2.  
Actio, cui datur, multo magis eidem exceptio comperit. 449. 1.  
— de dolo competit, calliditate intercedente. 421. 1.  
— de peculio ex pœnalibus causis regulariter in patrem non datur. 423. 2.  
— nulla est cum servo. 433. 1.  
— qualibet adversus defunctum exerceri nequit per novemdium contra quoscumque defuncti heredes vel successores. 348. 2.  
Actione mandati obstringitur, qui ratum habet, quod gestum est. 423. 2.  
Actionem denegare ejus est, qui & eam dare potest. 432. 2.  
— habere minus est, quam rem. 450. 1.  
— non habere, vel eam per exceptionem infirmari nihil desert quoad effectum. 434. 2.  
— qui habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. 414. 1.  
— quis habens contra Clericum, vel Monachum &c. quomodo eam exercere debeat. 367. 1. & 2.

Actiones omnes, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio salvæ permanent. 446. 1.  
— plures et si concurrant ejusdem rei nomine una tantum uti debet. 420. 1.  
— pœnales in heredem transire non solent. 434. 2.  
— præsertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam consumit. 445. 1.  
Actionis verbum omittitur. 31. 1.  
Actor damno afficiens reum. 216. 2.  
— non petens totum quod suum est. 216.  
Actori non licet, quod reo non permittitur. 419. 1.  
— reo coram judge legitime convento, non licet a judicio recedere, & negotium suspensum deferere. 344. 1. quid, si id faciat. ibid.  
Actoribus quando licet trahere reos, fideiūſſores præſtando. 309. 2: 310. 1.  
Actum iri. 35. 1.  
Actus legitimi, qui. 427. 2. conditionem, vel diem recipientes in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem. ibid.  
— quadratus. 49. 1.  
Ad Sabinum, ad Plautium, ad Mucium. 19. 1.  
Adærari quid sit. 125. 1.  
Adæratae possessiones. 125. 1.  
Adæratio. 125. 1.  
Addictio. 36. 1.  
Additum in Flor. Pand. 117. 1.  
Adfectata tutela. 96. 2.  
Adjectio. 36. 1.  
Adiicere. 36. 1.  
Administratio rerum Ecclesiis donatarum ex voluntate donatariorum facienda. 155. 2.  
Administrator religiosæ domus an aliquid præſtare possit ei, a quo proponitur, vel alteri personæ pro commissa sibi administracione. 366. 1.  
Administratores, seu Economi locorum piorum an, & quibus rationem reddere debent. 368. 1. an ipsorum heredes. 368. 1. & 2.  
Administratori rerum Ecclesiæ majoris, aliorumque intra imperiale civitatem eas alienare non licet. 357. 1. nisi ad imperiale domum fiat permittatio. ibid.  
Adoptantis requisita. 471. 1.  
Adoptare impuberem sui juris quo pacto licet extraneo. 470. 2.  
— olim licebat personam alieni juris transeuntem in potestatem adoptantis. 470. 1.  
in Adoptione quando adoptatus consentire debet. 471. 1.  
Ado-

- Adoptionis, & arrogationis differentiae.* 470.  
 2. convenientiae. 471. 1.  
*Adoptatus filius familias, cui sit filius, ille quidem transit in potestatem adoptati, hic autem remanet apud naturalem avum.* 471.  
 2. & ratio. ibid.  
 - *hodie quando transeat in potestatem adoptantis.* 470. 1.  
 - *quocumque modo non extraneus dari potest alteri in adoptionem.* 471. 1.  
*Adoptio dividitur in duo.* 470. 1.  
 -- *fit duobus modis.* 470. 1.  
 -- *generale nomen est.* 470. 1.  
 -- *legitima per legitiimam emancipationem disolvitur.* 468. 2.  
 -- *quid est.* 470. 1.  
 -- *Romana vox.* 470. 1.  
*in Adoptione pro nulla habetur naturalis cognatio.* 468. 2 : 469. 1.  
*de Adoptionibus.* 231. 2.  
*Adsefforem.* 115. 1.  
*in Adulteros, sive mæchos quæ pœnae.* 380. 2.  
*Adulterus, sive mæchus condemnationem effugiens, si eam duxerit, a qua fuerit accusatus, quid.* 380. 2.  
*Ædificans domum in suo solo ex aliena materia quid.* 485. 2 : 486. 1. *quid si in alieno solo ex propria materia.* 486. 1.  
*Ædificare volentes si impedianter; causa quomodo finienda.* 230. 2.  
*Ædifica quantum inter se distare debeant.* 227. 2.  
*de Ædificiis privatis.* 226. 2.  
*Ædificiorum causa non ladantrur, quæ sunt publici Juris.* 227. 2.  
*Ædiles.* 104. 2.  
 -- *curules qui.* 461. 1.  
*Ædiliciæ curæ.* 104. 2.  
*Ægydius Albornotius.* 39. 2.  
*Ælius Marcius provincie præses.* 466. 2.  
 - *Sentius facultatem manumittendi dedit iis, qui solvendo non sunt.* 464. 1.  
*Æmilianus ab Æmilio.* 67. 2.  
*Æquitas in omnibus, maxime tamen in jure spectanda.* 430. 2.  
*Ærariæ Annonæ.* 125. 1.  
*Ærarii Milites.* 125. 1.  
 - *Tribuni.* 125. 1. & 2.  
*Ærarium.* 125. 1.  
*Æs grave.* 43. 1.  
*Æstimatio nunquam crescit ex post facto præteriti delicti.* 446. 1.  
*Ætas legitima, quæ.* 463. 2.  
 -- *naturalis apud Romanos, quæ.* 463. 2.  
 -- *præcripta ad nubendum.* 467. 2.  
 -- *sacerdotum.* 105. 1.  
*Affinitas quid.* 469. 1.  
*Affinitatis veneratione, quæ nuptiæ minus procedant.* 469. 1.  
*Αφῆλιξ.* 100. 2 : 112. 2 : 115. 1.  
*Αφέσις.* 99. 2.  
*Αφίεται.* 99. 2.  
*Αφοσώτεων χάρις.* 36. 1 : 97. 2.  
*Agennius Urbicus.* 128. 2.
- Ager.* 118. 1.  
 - *limitaneus.* 128. 1.  
*Aggressores nocturni occidi possunt.* 234. 2.  
*Agnati qui.* 468. 1 : 475. 2.  
*Agnatorum iura capitinis diminutione plerumque perimitur.* 475. 2 : 476. 1.  
*Agnatus qui est, omnino & cognatus est.* 469. 1.  
*Agnomen.* 68. 2.  
*Agoranomia.* 104. 2.  
*Agricola Medicus.* 43. 2.  
*de Agricolis.* 249. 2.  
*Agrum militibus adsignatum apud Ulpianum legi.* 128. 1.  
*Alæ equitum.* 111. 2.  
*Alarum occasione quod datum est competentibus actionibus repeti potest.* 217.  
 - *occasione quod perditum est repeti etiam post triginta annos potest.* 218. 2.  
